









IVRIS PVBLICI SAXONICI  
SPECIMEN <sup>1791, 17.</sup> <sup>70</sup> <sup>11</sup>  
HISTORIAM ET IVRA  
SVFFRAGII ELECTORALIS SAXONICI ET  
ARCHIMARESCHALLATVS S. R. I. AB  
ANNO CIOCCCLV. VSQVE AD INTERITVM  
ASCANIADARVM IN FAMILIA  
ELECTORALI WITTEBERGICA  
COMPLECTENS.

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
PRAESIDE  
D. CHRISTIANO GOTTLOB  
BIENERO

TIT. DE VERB. SIGN. ET R. I. A. PROF. PVBL. ORD. FACVLTATIS IVRIDICAE  
ET SVPREMAE CVRIAE PROVINCIALIS ADESSORE

A. D. XXIV. NOVEMBRIS CIOIOCCCLXXXVI  
H. L. Q. C.

AD DISCEPTANDVM PROPONIT  
MAVRICIVS DE PRASSE  
DRESDENSIS.

LIPSIÆ  
EX OFFICINA SOMMERIA.



IVRIS PABLICTI SAXONICI

2. FREIHEIT

HISTORIA M. ET IVRA

ENTRIONANNE MYRINO XPTASSE

ARCHIARSCHALLVS S. I. AB

ANNO CLCCCVI. 1710. OCTO

ASCANADAM IN FARMIA

ELECTIONE WITBERGA

PRELATICI REVERENTIAE

MONIMENTVM

IN HOC IONIVM ORDINIS AVCTIVIT

IN HOC

D. CHRISTIANVS GOTTLOB

1710

DE VILIS BENTEN A. 1710. 1711. 1712. 1713. 1714. 1715. 1716. 1717. 1718. 1719. 1720.

ET SYMMILIA QVAE PONT. TALE ANNO

MAIENSIS DE FRASSE

A. 1710. NOVEMBER. 1710.

H. B. C.

IN HOC

M. A. V. R. G. I. V. S. O. F. F. R. A. S. S. E.

EX OFFICIO





IOANNI MAVRICIO DE PRASSE  
PATRI OPTIMO

HOC  
PIETATIS ET REVERENTIAE  
MONIMENTVM

D. D. D.

MAVRICIVS DE PRASSE.







## PROOEMIUM.

**S**axoniae ducatum iunctumque cum eo Archimareschallatum imperii Germanici atque natum inde moribusque receptum in creando Romanorum Rege suffragium genti Ascaniae familiae Wittebergicae competiisse, iam satis demonstratum fuit, neque dubitari potest, quin haec munera iam ante sanctionis Carolinae tempora coaluerint vsusque eorum ex territorii possessione repetitus fuerit; quae omnia tamen laetiora atque certiora inprimis inde a Caroli IV. Aurea Bulla fiunt, ideoque iuvat hoc libello historiam suffragii Electoralis Saxonici cum Archimareschallatu Imperii Germanici inde ab anno MCCCLV. vsque ad interitum Ascaniadarum in familia Wittebergica, brevi illustrare.

### §. I.

*Tabula Pragensis super ducatu Saxoniae et Archimareschallata S. R. I. Rudolpho I. Saxoniae Electori an. 1355. exposita, adspersis passim notulis exhibetur.*

Rudolphus I. Saxoniae Elector, fortissimus ducatus Saxonici vindex et adsertor, multum apud Carolum IV. A. gratia et auctoritate valens, mox post reditum Imperatoris ex Italia tabulas impetravit, quibus ducatum Saxoniae cum suffragio in Rege Romanorum creando sibi suaeque posteritati ordinum imperii Germanici decreto et Imperatoris sanctione firmaret. Causam equidem huius rei relatam non reperi, sed ex vniuersa regni Germanici historia temporumque rationibus facile intellectum est, senem et morti

A

pro-



propinquum Rudolphum liberos suos contra litem Ducum Lauenburgicorum calumniosam tutos praestare voluisse, simulque ordinem et modum succedendi moribus quidem receptum, nec tamen adhuc lege publica firmatum, privilegio Imperatoris sancire. Has igitur ab Augusto Carolo IV. impetrauit <sup>1)</sup> anno MCCCLV. tabulas: *In nomine sanctae et individuae Trinitatis amen; Carolus IV. diuina fauente clementia, Romanorum Imperator, semper Augustus et Bohemiae Rex. Etsi sollicitudo dignitatis Caesareae, in qua nos conditor orbis omnipotens ex sola dignationis suae bonitate dignatus est collocare, incessanter nos urgeat et frequenter admoneat iugiter esse sollicitos et voluntarios subire labores, quemadmodum a nostris et Romani imperii fidelibus generaliter vniuersis, incommoda submoueamus et scandala, ac pacis eis et quietis compendia ministremus, feruentiori tamen affectu in illis exercendis cor nostrum accenditur, quae sacri decus imperii et inclitos Principes ipsius imperii Electores quadam specialitate concernunt, ubi tanto ardentius decet intendere, quanto nobis constat euentius in eorum praecellentia sacri imperii magnificentiam altioribus titulis et honoribus decorari. Sane, quia certo certius sumus edocti ac a Principibus, Comitibus, Baronibus, Proceribus, caeterisque imperii Romani fidelibus experientiam ac testimonia luce recepimus clara, qualiter Illustris Rudolphi, Ducis Saxoniae, sacri imperii Archimareschalli, Auunculi et Principis nostri dilecti genitor, felicitis memoriae Albertus, quondam*

1) Dicitur solet hoc diploma BULLA PRAGENSIS eoque nomine ab Hordledero et Goldasto citatur, quam equidem appellationem propter sigillum maiestatis appensum, relucendam non puto, nec tamen auream dixerim bullam, quippe tali sigillo manitum non est; nos tabulas Pragenses dicere malimus, ut a reliquis bullis facilius ipso nomine discerneretur. SCHANNATTUS *Vindem. Litt. Collect. II. num. XXXI. p. 132.* has tabulas tali inscriptione edidit: *Caroli IV. praecipium, quo Rudolpho Saxoniae Duci dignitatem Electoralem, ducatus Saxoniae annexam, una cum omnibus iuribus ac privilegiis hereditario confirmat; sed pleniore et accuratiore exemplari usus est GRIBNERUS in diss. ad Caroli IV. Bullam Auream Saxoniam ducatum Meris anno 1357. VI. Kalend. Ianuar. (Lips. 1728. 4.) p. 7.* quam equidem in hoc libello secutus sum lectionem. Adscripsit quidem vir doctus et iuris publici Saxonici solers indagator, lectores quosdam ex Schannatto, quas tamen omittendas statui, quippe nihil fere praeter hoc demonstrant, exemplar Schannattianum fuisse mancum.



dam Saxoniae Dux, tanquam Princeps Elector imperii cum consensu, voluntate et voto unanimi aliorum Coelectorum Principum pia recordationis Serenissimum quondam Rudolphum, Romanorem Regem, praedecessorem nostrum rite et rationabiliter elegit<sup>2)</sup>, et quod post eius obitum idem Dux Albertus, Auunculus noster clarae memoriae Albertum Regem, dicti Rudolphi quondam Regis Romanorum filium, tunc Austriae Ducem rationabiliter et iuxta sacri Imperii observantiam et ritum elegit; et post mortem ipsius Alberti Regis, dum sacrum imperium aliquantisper variis fluctuaret erroribus, praefatus Rudolphus, Saxoniae Dux, Auunculus noster charissimus, praefati Alberti Ducis quondam Saxoniae filius, celebris ac recolendae memoriae Serenissimum Henricum, avum nostrum dilectum in Romanorum Regem elegit, qui post electionem eandem in Romanorum Imperatorem extitit solemniter coronatus. Manifestum insuper et longe lateque dignoscitur divulgatum, nec potest in dubium revocari, quomodo etiam idem Auunculus noster, Dux Rudolphus, hoc felici nostro tempore nos in Regem Romanorum elegit, sicut etiam post eandem suam et aliorum Principum Coelectorum suorum electionem in Imperatorem Romanorum fuimus feliciter auspice Deo promoti et solemniter coronati, prout omnia praemissa et singula clarissimo multorum fide dignorum testimonio fulciuntur<sup>3)</sup>. Hinc est quod praedicti Auunculi nostri, dilecti Du-

A 2

cis

- 2) Mos demonstrandi iura ex usu et possessione eorum, medio aetate receptus, etiam in his tabulis adhibetur, quamquam praeter possessionem id ipsum aliis argumentis probari potuisset. Incipit demonstratio cum Alberto II. familiae Wittebergicae ex gente Alcania factore, ipsamque tulisse suffragium in creandis Romanorum Regibus Rudolpho I. atque Alberto I. adseritur, quod omnino historiae concutiens ex ipsis rerum gestarum monumentis PRAESES SPEC. I. p. 27. retulit. Eundem Rudolphum Saxoniae Electorem partes etiam suas in eligendo Adolpho, Romanorum Rege, egisse, ex *charta anni 1292.* apud LUDWIGIUM T. V. *Reliqu. Memor.* p. 436. intelligitur. Vtrum scriptor harum tabularum huius exempli oblitus fuerit, an duo ad ius possessionemque demonstrandam sufficere existimaverit, dicere non ausim, in tabulis Metensibus ac reliquis, huius quoque electionis fieri mentionem, infra videbimus.
- 3) Rudolphus I. Elector Saxoniae, suffragium in creando Romanorum rege bis tulisse narratur, pluries id factum esse *specimine I. §. VI.* traditum, duo tamen exempla etiam in hoc Principe ad continuationem iuris, et possessionis demonstrandam sufficere, existimatum fuit.



eis Rudolphi tam claro, tam manifesto, tamque notorio iure multa deliberatione pensato et diligenter inspecto, quod idem retroactis temporibus habuit et possedit et hodie ex successione et hereditate paterna in electione Regis Romanorum in Imperatorem promouendi possidere dignoscitur et habere, sano Principum, Comitum, Baronum et Procerum nostrorum accedente consilio 4) futuris cupientes, quantum possumus, obuiare periculis et materiam succidere dubiorum, ut videlicet ius et dignitas huiusmodi sibi et suis heredibus ac successoribus illaesa perpetuo incommutabiliter conferuentur et permaneant illibata, declaramus, imo decernimus et edicto imperiali praesenti perpetuis temporibus valituro sancimus ex certa nostra scientia de plenitudine Imperatoriae potestatis 5) quod antedictus Rudolphus Dux, Auunculus noster dilectus et nemo alius, tanquam Saxoniae Dux, et sacri imperii Archimarschallus verus et legitimus Princeps Elector existat, sicut existit, sibi que competat, sicut et competit vox, ius et potestas eligendi in electione Regis Romanorum in Imperatorem promouendi. Et post eius obitum filio suo primogenito et illo non extante, eiusdem primogeniti primogenito vox et ius praedictum competat eligendi. Si vero ipsius primogenitum absque heredibus masculis mori contingeret, ex tunc vox et ius seu potestas electionis huiusmodi ad seniores fratrem per veram paternalem lineam descendentem et deinde ad illius primogenitum deuoluatur et talis successio ac deuolutio in voce, iure et potestate praemissis in Ducibus Saxoniae perpetuis temporibus obseruetur.

*Praeterea*

- 4) Ex his verbis intelligere mihi videor decretum hoc in solemnibus curia ad interrogationem Augusti fuisse factum, id quod etiam subscriptio tot Principum utriusque ordinis docet. Vtrum Principes Electores his consultationibus interfuerint, subdubito. Talia decreta etiam in causis iuris publici vim legum particularium habuisse, vel sola illa de Archipincernatu disputatio atque decisio luculenter declarat.
- 5) Plenitudo potestatis Caesareae quibusdam interpretibus negotium fecit, vim et potestatem eius per vniuersum ius publicum explicauit PRAESES in eo, quem inscripsit libro: *Bestimmung der Kaiserlichen Machtvollkommenheit in der deutschen Reichsregierung* tribus partibus Lipsiae 1780 edito, ibidemque Carolum IV. A. hac sibi vehementer placuisse formula monuit.



Praeterea ne super iure electionis huiusmodi in ducatu seu principatu Saxonico, ullo unquam tempore dubium aliquod oriatur vel scandalum suscitetur, auctoritate imperiali, de praesatae nihilominus imperiali plenitudine potestatis declarationem, decretum et sanctionem praedictas approbamus, ratificamus et ex certa scientia nostra in omnibus et singulis punctis, articulis et sententiis confirmamus, suppletentes insuper de saepe dictae imperiali potestatis plenitudine ex certa scientia omnem defectum, si quis in praesenti privilegio nostro ex obscuritate forte sententiarum vel defectu verborum aut solemnitatis omissione seu alio quovis modo nunc aut in futurum perpetuis temporibus inveniatur admissus, etiamsi quacunque lege vel statuto publico vel privato cautum existat, plenam et expressam talium debere fieri mentionem, quibus omnibus et singulis, quoad omnia puncta superius tacta esse volumus totaliter derogatum et auctoritate praesata omnimode derogamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae maiestatis infringere aut ei quovis ausu temerario contraire, si quis autem contrarium attentare praesumpserit, indignationem nostram et bannum imperiale nec non et poenam mille marcarum auri optimi, cuius medietas aerarii nostri seu imperiali fisci, reliqua vero medietas laesorum usibus applicetur toties, quoties contra fecerit se noverit irremissibiliter incursum. Signum Serenissimi Principis et Domini, Domini Caroli IV. Romanorum Imperatoris invictissimi et gloriosissimi, Bohemiae Regis. Testes huius rei sunt Venerabilis Ernestus Archiepiscopus Pragensis, Preslaus Wratislaviensis, Iohannes Argentinenfis, Friedericus Ratisponensis, Iohannes Olomucensis, Theodericus Mindensis et Henricus Lubucensis Ecclesiarum Episcopi et Illustres Nicolaus Munsterbergensis, Bolke Falkenbergensis, Conradus Olsnicensis, Bolko Opulienfis, Kazimirus Teschnicensis et Iohannes Oswetinenfis, Duces, nec non spectabiles Burghardus, Burggravius Magdeburgensis, Henricus de Schwartzburg, Ulrichus de Helfenstein et Albertus de Anhalt Comites et alii quamplures nostri et imperii sacri fideles dilecti, Praesentium sub Imperiali nostrae Maiestatis sigillo testimonii litterarum. Datum Praegae anno Domini millesimo trecentesimo, quinquagesimo quinto, indictione octava II. Non. Octobris, regnorum nostrorum anno decimo, imperii vero primo 6).

Per  
6) Haec subscriptio docet has tabulas post reditum Augusti ex Italia fuisse editas. HELWIGIUS in opere: *Zeitrechnung zu Erörterung der Da-*



*Per Dominum Io. Luthomischlens. Epif. Cancell. Nicolai de Chirnsfer.*

Textum, quem attulimus latinum esse authenticum, nihil dubitationis habet, interdum etiam versionis Teutonicae ab exemplari hoc nostro discrepantis fit mentio, quam equidem authenticam atque ex ipsa imperii Cancellaria editam non puto. Neque enim rationem video cur duo exemplaria eiusdem instrumenti ad vulgus et populum plane non pertinentis sibi expetierit Princeps. Quamobrem textum harum tabularum germanicum paetereundum exillimaui.

§. II.

*Duo praecipua tabularum Pragensium capita illustrantur.*

Si ipsam rem, quam Carolus IV. Augustus hoc privilegio definiuit, intellexeris, duo sunt, quae praeter initium et finem expendi merentur, vnum, suffragii Electoralis munerumque ducatus Saxonici cum Principatu Vittebergico perpetua et inseparabilis con-

*ten in Urkunden für Deutschland. p. 122. tabulam ipso coronationis die Romae editam hac subscriptione refert: Dat. Rom. A. D. 1355. VIII. Indic. Nonis Aprilis in die Paschae Resurrectionis Dominicae, quo fuimus imperiali diademate coronati, regnorum nostrorum anno nono, Imperii vero primo. Helwigius quidem se haec ex archino gentis Austriacae domestico adferre ait, quod equidem infidus ire nolo, finilem et forte eandem subscriptionem in privilegio pro regno Bohemiae in vrbe Roma eodem die scripto apud BUCHHOLZIIUM de feudis Bohemicis opp. num. I. et OLENSCHLAGERUM ad A. B. opp. num. XXVII. p. 82. legimus. Sed de anno et die tabularum nostrarum dubium oïri posse subscriptionem allatam cum nostra conferenti. In charta Romae edita annus quinquagesimus quintus dicitur esse annus regnorum nonus, et in diplomate Praegae scripto annus decimus. Sed ex die adiecta haec repugnancia facile dissoluetur, si memineris Carolum A. regnum Germaniae ab electione anno 1346. die XI. Iulii Rhensee declarata auspiciari. GOLLASTVS de maiorau lib. II. c. III. §. 6. p. 135. in tabulis nostris legit: pridie Non. Octobr. quod latino sermoni accommodatus, quippe latini II. Non. Octobr. dicere non solent, eundem tamen significari diem, diem VI. Octobris, manifestum est. Itaque lectionem Gribnerianam ob solum sermonis vitium erroris arguere nolim.*



conjunctio, alterum successione in ducatu territorioque ex iure primogeniturae constitutio.

De suffragio electorali Augustus ait: **DECLARAMUS**, quo quidem verbo significatur novum ius non statui, sed quod calumniosa ratione impetitum fuerat, confirmari, **IMO DECERNIMUS** videlicet ad suggestionem curiae Imperialis, quae ad rogationem Principis eandem rem decreuerat, et **EDICTO IMPERIALI SANCI-MUS**, quo et auctoritas Imperatoris decreto Principum accedat, sine qua valere nequit, et in vim legis particularis statuatur, omnique ambiguitas tollatur. Ipsa rei definitio his verbis exprimitur: **QUOD ANTE DICTUS RUDOLPHUS DUX, AVUNCULUS NOSTER DILECTUS**, recte compellat Augustus Electorem Saxoniae, Ducem, quippe ex ducatu omnia haec iura repeti debent, Avunculus autem non significatione grammatica, sed in sensu iuris publici vocatur; **ET NEMO ALIUS** qua constitutione non Duces solum Saxoniae Lauenburgici, sed fratres aliique, qui forte in communione territorii comprehenduntur, a consortio muneris electoralis excluduntur, **TANQUAM SAXONIAE DUX ET SACRI IMPERII ARCHIMARESCHALLUS VERUS ET LEGITIMUS PRINCEPS ELECTOR**, ex intimo iure publico suffragii Electoralis duplex fundamentum statuitur, ducatus Saxoniae et Archimareschallatus imperii, ex illo vox in creando, ex hoc munus in inungendo Rege originem cepit, atque paulatim in munere Electorali coaduit, licet non semper, vti in hoc loco, vtrumque significetur, sed ex alterutro saepe repetatur, quippe ab antiquissimis temporibus vtrumque iunctum fuit; **EXISTAT SICUT EXISTIT**, quibus et praesens possessio et futuri temporis usus declaratur in omnibus imperii negotiis, in quibus aliqua Principum Electorum praerogativa cernitur, comprehensis adeo titulis et externa dignitate; **SIBIQUE COMPETAT, SICUT ET COMPETIT VOX, IUS ET POTESTAS ELIGENDI IN ELECTIONE REGIS ROMANORUM IN IMPERATOREM PROMOUENDI**, quae ad ipsum possessionis actum exercitiumque in creando et ordinando Rege ac Imperatore, manifesto iure referuntur.

Alterum



Alterum harum tabularum caput est ius et ordo succedendi in ducatu et electoratu Saxoniae ex iure primogeniturae. Commune iuris patrii inprimis feudalis principium; omnem feudorum et territoriorum successionem a capite gentis et familiae repeti oportere, ex his et reliquis tabulis clarissime intelligitur, sed duplex ordo fecerni debet, vnus inter liberos atque descendentes possessoris, alter inter collaterales a favore familiae vel capite totius gentis originem habentes. Imperator ait: *ET POST EIUS OBITUM FILIO SUO PRIMOGENITO ET ILLO NON EXTANTE EIUSDEM PRIMOGENITI PRIMOGENITO VOX ET IUS PRAEDICTUM COMPETAT ELIGENDI.* Prima successionis causa liberorum est, in quibus vnus duntaxat ad successionem vocatur iure primogeniturae, quod vno exemplo illustratur, reliquis quae secundum eundem ordinem facile intelligi possunt ac debent ommissis, vt puta, si primogenitus superflite patre, filio relicto moriatur, et nunc pater nepote ex filio primogenito et alio filio relictis decedat. Nemo facile negabit nepotem solum, excluso patruo ex vera harum tabularum mente succedere. Sequitur alter casus: *SI VERO IPSIUS PRIMOGENITUM ABSQUE HEREDIBUS MASCULIS LEGITIMIS MORI CONTINGERET, EX TUNC VOX ET IUS SEU POTESTAS ELECTIONIS HUIUSMODI AD SENIOREM FRATREM PER VERAM PATERNALEM LINEAM DESCENDENTEM ET DEINDE AD ILLIUS PRIMOGENITUM DEUOLUATUR,* his verbis constituitur vt possessore ducatus Saxonici mortuo sine legitimo et successionis feudalis capace herede, suffragium electorale deuoluatur ad collaterales, in quibus ordo iterum vno duntaxat exemplo illustratur, nimirum quod successio, primogenito sine successore feudi mortuo, ad seniore frater pertineat. In hoc equidem loco ad personam aliquam respici oportere non puto, sed regula successionis definitur, qua senior frater ab eodem cum defuncto primogenito descendens patre, ad successionem cum posteritate sua vocetur. Itaque satis accurate iungitur frater eiusque posteritas, vt ordo succedendi ex iure primogeniturae significetur, poniturque casus, superuiuere secundo loco natum mortuo primogenito, feudi et territorii possessore. Quemadmodum autem in priore ordine ipsis verbis definitum non est,



est, vtrum nepos an patruus, post mortem aui, primogenito iam defuncto succedat, ita nec hoc loco traditum, vtrum fratris senioris filius patruum aetate seniorem excludat, an hic fratris iam defuncti filium. Itaque per interpretationem id suppleri debet, quod lege sigillatim expressum non est, atque ex manifesta eius sententia negandum puto, fratrem aetate seniorem excludere fratris natu maioris sed iam defuncti filium. Ordo enim succedendi duobus exemplis, vno in liberis, altero in fratribus et collateralibus posito, demonstratur, necesse igitur est, vt hanc legum latoris sequamur mentem atque in articulis etiam non expressis eundem statuamus ordinem. Etenim hoc est ad similia procedere secundum IULIANUM, si qua est in hoc interpretationis genere veterum auctoritas, seu vt ULPIANUS praecipit: *quotiens lege aliquid, vnum vel alterum introductum est, bona occasio est, caetera, quae tendunt ad eandem utilitatem vel interpretatione vel certe iurisdictione suppleri.* Itaque praeter mentem et rationem legis, flagitat eandem interpretationem eundemque successionis ordinem natura successionis feudalis. Hanc enim in Electoratibus obtinere, ordine duntaxat secundum primogenituram definito, nemo ibit infitias. Sed hoc argumentum postea proponam iam reliqua persecuturus. Imperator addit: **ET TALIS SUCCESSIONIS AC DEVOLVTIO IN VOCE IURE ET POTESTATE PRAEMIS IN DUCIBUS SAXONIAE PERPETUIS TEMPORIBUS OBSERVETUR**, qua quidem clausula significatur tam posteritati Rudolphi I. Electoris Saxoniae, quam ipsi territorio Saxonico et suffragio Electorali hanc legem esse scriptam, vt tali conditione Ducatus Saxoniae ad quemcunque possessorem transire videatur. Quare nec his verbis personas ex gente Afcania significari, sed regulam definiiri ab omnibus possessoribus ducatus Saxonici observandam statuo.

His igitur tabulis suae posteritati cauendum et consulendum putauit Rudolphus Saxoniae Elector, sed Carolo IV. Augusto e re publica visum, eundem successionis ordinem in reliquis Electoratibus lege publica constitui; eaque de causa hunc articulum sanctioni pragmaticae, quam Auream Bullum vocamus inferendum putauit.

B

§. III.



## §. III.

*De ordine succedendi in Electoratus ex sanctionibus Aureae Bullae cap. VII. §. 2. et cap. XXV. §. 3. et 4. traditur.*

Quanquam hic locus a nostro libello alienus videri possit, quo non generales regni Germanici, sed speciales Saxoniae de suffragio Electorali leges explicamus; tamen mox intelligetur, haec Aureae Bullae capita cum tabulis Pragensibus artificio cohaerere nexu, quemadmodum sequentes, quas interpretaturi sumus tabulae, sine his sanctionis Carolinae capitibus explicari non possunt. Quamobrem et ordo legum de ducatu atque Electoratu Saxoniae editarum, et series rerum argumentorumque hoc loco explicandorum suadet, imo exigit, ut ne haec sanctionis Carolinae capita praeterreantur. Augustus ait: *sane generaliter longe lateque est publicum et quasi per totum orbem notorie manifestum Illustres Regem Bohemiae nec non Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniae et Marchionem Brandenburgensem virtute regni et principatum suorum, in electione Regis Romanorum in Caesarem promovendi cum ceteris Principibus ecclesiasticis, Coelectoribus suis, ius vocem et locum habere et una cum ipsis ceteris et esse veros et legitimos sacri imperii Principes Electores. Ne inter eorundem Principum secularium Electorum filios super iure, voce, potestate praefata futuris temporibus scandalorum et dissensionum possit materia suscitari et sic bonum commune periculosos dilationibus impediri, futuris, auctore Domino, cupientes periculis salubriter obviare, statuimus et imperiali auctoritate praesenti lege perpetuis temporibus valitura determinamus, ut postquam iidem Principes Electores seculares et eorum quilibet esse deserit, ius, vox et potestas electionis huiusmodi ad filium suum primogenitum legitimum laicum, illo autem non extante, ad eiusdem primogeniti primogenitum similiter laicum libere et sine contradictione cuiuscumque devoluatur. Si vero primogenitus huiusmodi absque heredibus masculis, legitimis, laicis ab hac luce migraret, virtute praesentis imperialis edicti ius, vox et potestas electionis praedictae ad seniores fratrem laicum per veram paternam lineam descendentem et deinceps ad illius primogenitum laicum devoluatur. Et talis successio in primogenitis et heredibus Principum eorundem in iure, voce et potestate praevissis, perpetuis temporibus observetur, ea tamen conditione et modo,*

*ut*



*ut si Principem Electorem seu eius primogenitum aut filium seniore  
laicum mori et heredes masculos, legitimos, laicos, defectum aetatis patien-  
tes relinquere contingeret, tunc frater senior eiusdem primogeniti, tutor  
eorum et administrator existat, donec senior ex eis legitimam aetatem  
attigerit, quam in Principe Electore decem et octo annos completos  
censeri volumus et statuimus perpetuo et haberi, quam dum exegerit, iur,  
vocem et potestatem et omnia ab ipsis dependentia tutor ipse sibi totali-  
ter cum officio teneatur protinus assignare.*

Tria complectitur hic locus iuris publici capita etiam in  
Electoratu Saxoniae utilia. Vnum quidem de ipso eligendi R. R.  
iure, idque tanquam accessionem territoriorum seu Principatum  
considerari oportere statuit; alterum de ordine succedendi in Electo-  
ratibus tractat; tertium autem tutelam Principum Electorum desi-  
nit. Secuñdum huius legis caput sine explicatione praeteriri ne-  
quit. Verba huius capituli ex tabulis Pragensibus hausta et legi publi-  
cae illata fuisse, ex collatione patet, sed quomodo id euenerit, pro  
certo definire non ausim, id autem firmissima consecutione et argu-  
mentatione mihi intelligere videor, eandem in hoc loco adhiberi  
oportere interpretationis regulam, eundem esse sensum, eosdem  
illustrandae regulae casus adiectos. Atque hoc ipso etiam  
loco interpretationem tabularum Pragensium, qua regulas et ordi-  
nes successionis in Ducatu Saxoniae, absque omni personarum uiuen-  
tium ratione, definiti diximus, adiuuari atque firmari puto. Quo  
ordine inter liberos ex iure primogeniturae succedatur, nulla fere  
dissentio inter interpretes est, quamuis vnus duntaxat casus ipsa lege  
exprimatur; sed magna olim certe fuit quaestio, vtrum senior fra-  
ter solis annis, an etiam iure natalium simul intelligatur. Equidem  
eundem esse huius capituli sensum, quem in tabulis Pragensibus vi-  
dimus, statuo, vt adeo senior frater sit et habeatur, secundus nati-  
uitate, cui mortuo Electoratus possessore sine herede legitimo, suc-  
cesso addicatur et deinceps ad eius primogenitum transferatur.  
Quemadmodum igitur in tabulis Pragensibus animaduertimus, hunc  
vnum casum definiti, vt per interpretationem ad reliquos proceda-  
tur, ita scriptor Aureae Bullae id in hac quoque lege sufficere existi-  
mauit, ex quibus efficitur, vt defuncti Electoris nepos ex fratre se-  
niore,



niore, patrum excludat. Qui enim seniorem fratrem solis annis existimari debere statuunt, et fratrem iuniorem liberis natu maioris, ante patrem mortui praeserendum atque verba: *deinceps ad illius primogenitum deuoluatur*, de reditu feudi ad lineam secundo geniti explicanda censent, et verbis et rebus vim inferunt. Videamus igitur vtrum ex rationibus legum difficilis ille casus, quem tabulis Pragenibus atque sanctione Carolina definitum esse negauimus, ex ratione tamen et ordine legis desiniri oportere, diximus, explicari possit.

Successio feudorum etiam tum in Germania linearum iure et ordine recepta fuerat, atque ipsum ius succedendi iure legitimorum natalium aequae atque ordo inter plures eodem gradu constitutos iudicabatur. Data igitur successione sine primogenitura, natu maximus minimusque idem ius habent, ita vt posteritas cuiusuis, vno alteroue mortuo, iure lineae partem defuncti parentis capiat. Ordo succedendi ex iure primogeniturae omnem concursum plurium successorum excludit, praerogatiua successione iure natalium definita. Ex quibus sua sponte intelligitur, secundo loco genitum omnes alios a successione feudi excludere, eamque ipsis natalibus adquiri praerogatiuam, vt qui inter gemellos prior ex utero matris elapsus est, alteri praeratur. Certum est iuris feudalis principium, ius succedendi in feudo morte non extinguí, sed ad posteritatem cum sua caussa propagari, sequitur, vt id aliter statui nequeat in successione feudali secundum ius primogeniturae ordinata. Cum igitur senioris fratris filius ad successionem feudi cum patruo suo vocatur, primogenitura autem concursum non admittit et quod pater natalium iure sibi adquisuerat ius ad filium morte patris transit; consequens est, vt hic patrum praerogatiua natalium paternorum, quod ius lineae vocamus, excludat. Eandem decisionem exigit interpretatio Aureae Bullae, si ex ratione et ordine tutelae Electoralis argumenteris. Etenim mortuo primogenito filiis impuberibus relictis, senior frater non ad successionem, sed tutelam vocatur, quod generaliter statutum primum in descendentes obtinet, sed recte profertur ad agnatos, quippe ordo tutelae et successione pari iure existimatur. Itaque patruus in proposita specie ad tutelam quidem, sed non ad




ad successionem in Electoratu vocabitur 1). Tandem generaliter statuitur ex charta Pragensi, vt quod in ducatu Saxoniae iam sancitum fuerat, in omnibus Electoratus obseruetur. Itaque iste succedendi ordo etiam ad remotiores agnatos pertinet, vt inter plures successionis praerogatiua ex iisdem regulis atque natalium praerogatiua definiatur.

Si filius primogenitus tali vitio laborat, propter quod ad successionem in Electoratu admitti nequit, lex sancit: *in quo casu, inhibita sibi successione, secundo genitum si fuerit in ea progenie, seu alium seniore fratrem vel consanguineum laicum, qui paterno stipiti in descendenti recta linea proximior fuerit, volumus successurum.* Hoc caput duntaxat de successione agnatorum praecipit, omisso casu, si primogenitus, quoad mentis compos fuit, filium procreauerit. Equidem etiam in hoc casu ad primogeniti posteritatem pertinere successionem iudico propter ius et ordinem linearum, sed si non adsit, qui praesse possit principatui, vocatur secundo genitus, si fuerit in ea progenie, seu alius senior frater, scilicet si fuerit in ea progenie, quibus verbis ordinem succedendi significari inter plures eiusdem primogeniti fratres, saluo posteritatis iure, manifestum est, tandem admittitur consanguineus, qui paterno stipiti in descendenti recta linea proximior fuerit. Itaque in hoc loco superior sanctio et ordo repetitur, sed ex his omnibus simul intelligitur, non omnes casus lege esse comprehensos, ideoque sine interpretatione successionem ex iure primogeniturae explicari et tradi non posse.

## §. IV.

1) Pone casum A. Princeps Elector



B et C ante A. mortuo, moriente A. succedit E. tutela pertinente ad patrum D. Eadem ratio est inter agnatos, mortuo A. superstitibus B. C et D. succedit B. moritur C. relictis E. et F. impuberibus, nunc B. sine successore feudi mortuo, E. succedet, tutela pertinente ad D. patrum,



Quinam cap. VII. §. 2. A. B. Dux Saxoniae et cap. XXV. §. 2.  
Ducatus Saxoniae intelligatur, quaeritur.

Ducem Saxoniae esse sacri Romani imperii legitimum Electorem ducatumque Saxonicum, in quo suffragium Electorale fundatum fuit, pro individuo haberi statuitur, sed duo erant isto tempore Saxoniae Duces Ducatusque Vittebergenfis alter, alter Lauenburgicus; vter igitur ex vera functionis Carolinae mente intelligendus sit, videamus. PFEFFINGERUS 1) ab obitu, inquit, Güntheri sceptro libere potitus Carolus, compensare quidem Rudolphi Vittebergenfis in se studium meditabatur, nec tamen Ericum Lauenburgicum, republica nondum liberata turbis, pro lubitu offendere poterat, quae etiam fortassis ratio, cur in Aurea Bulla anno 1356 non dicatur, vtrius linearum Vittebergenfi an Lauenburgicae, Electoratus, Archimareschalatus et Vicariatus iura competant. Ego vero Ducem et Ducatum Saxoniae Vittebergensem ex vera functionis Carolinae mente intelligi debere nullus plane dubito; at enim nostra interest rationes et causas noscere. Primum quidem obseruandum est, ducatum Saxoniae istis temporibus appellatum fuisse, territorium Vittebergenfe, quippe inde ab Alberto I. filio Bernhardi primi ex gente Alcania Ducis Saxoniae, munus ducatus in illo principatu resedit, nomine quidem Ducum Saxoniorum, sed non ducatus munere ad terras Lauenburgicas propagato. Augustus igitur legum lator non de titulo iure natalium adquisito et more maiorum, sed sine munere, ad alias terras translato, potius de ducatu Saxoniae tanquam munere publico et Duce illud ipsum munus iure principatus sui possidente, sanciens ex iure istius aevi publico recte et sine omni adiectione Ducem Ducatumque Saxoniae expressit, iisque verbis Ducem Saxoniae Rudolphum I. et principatum Vittebergensem sine omni ambiguitate intelligi debere existimauit. Tabulae Pragenses atque vniuersa Aureae Bullae historia id ipsum extra omnem dubitationem ponunt.

In

1) T. I. Vir. Illustr. p. 1041.



In constituendis his Aureae Bullae capitibus, Rudolphum Saxoniae Ducem et seniore et iuniorem adfuisse, fide monumentorum publicorum constat 2). De Ducibus Saxoniae Lauenburgicis in iisdem comitiis praesentibus nihil relatum legi 3). Ius Ducis Saxoniae mensibus aliquot ante iam tabulis Pragensibus definitum fuerat, vtrum noua consultatio suffragiorumque ratio de voto Electorali Ducis Saxoniae instituta fuerit, quaeri potest 4). Dubium quidem id videri possit propter tabulas Pragenses, quibus Ducatus Saxonici iura iam sancita fuerant, neque tamen non in ea sum opinione, nouam consultationem et suffragiorum rationem super ducatu et Electoratu Saxoniae in comitiis Norimbergensibus fuisse habitam.

Haec

- 2) Rudolphum seniore in comitiis Norimbergensibus adfuisse, pluribus tabulis relatum est, sed Rudolphus iunior in litteris, quibus Episcopo Argentineni consensum super bulla, de Pfälburgeris tollendis apud WENCKERUM in *Collect. Iur. Publ.* p. 74. seqq. declarat, ita ait: Nos Rudolphus iunior, Dei gratia, Saxoniae Dux, Senioris filius, Illustris et Magnifici Principis Domini Rudolphi, Ducis Saxoniae, sacri imperii Archimareschalli, procurator et specialis nuncius ad subscripta et alia vniuersaliter ipsum genitorem nostrum et Principem Electorem sacri imperii quocum modo iungentia cum plenissima potestate et administratione libera ab eo legitime constitutus notum facimus e. c. PELZELIUS in *vita Caroli IV.* T. II. p. 383. in app. num. 341. *mandatum die XXVIII. Octobris anno MCCCLV. Vitebergae* expositum edidit huius tenoris: *Dafs Wir dem Hochgebobrnem Fürsten Herzog Rudolphen, unserm lieben Sohne, Gewalt und ganze Macht geben haben zu thun und zu lassen von unsern wegen, als von eines Churfürsten und Erzmarschalls, wegen des Heiligen Römischen Reichs, zu dem Hofe, den der Allerdurchleuchtigste Fürste und Herr, Karl Römischer Kaiser ec. unser lieber G. H. nahn gegen Nürnberg geleges hat, in aller der Mase, als ob wir selber do gegenwertig weren.*
- 3) HOLZSCHUERUS in *Orat. de comitiis anno 1356. Norimbergae celebratis in quibus Caroli IV. A. Aurea Bulla fuit sancita* p. 59. Principum, qui in comitiis Norimbergensibus adfuerunt, recensum dedit, Duces Lauenburgicos in iis commemorari non video.
- 4) De suffragio Electorali Comitum Palatini ad Rhenum atque Marchionis Brandenburgici decretum ad rogationem Principis factum ex tabulis apud FREHERUM *ad A. B.* et in *Opusculo: de legitima iurela curaque Electorali Palatina Heidelbergae ibi.* in quaternis ex isto commentario, edito, atque GERKENIUM in *Cod. Dipl. Br. Tom. VII.* p. 55. cognoscimus.



Haec enim generalis erat in singulis Aureae Bullae capitibus constituendis regula, ut deliberatio praecederet 5); porro etiam in decreto, quod charta Pragensi refertur, nulla fit Principum Electorum mentio, atque omnino vtile et necessarium erat, ut rei tam arduae maximamque vim in salutem imperii habiturae, decretum comitiorum et Principum Electorum accederet; tandem id ipsam litteras Principum Electorum consensuales demonstrant. Scilicet mos fuit isto tempore a maioribus iam traditus, ut in rebus magni momenti Principum Electorum consensus sigillatim expeteretur. Huac igitur morem Rudolphus senior sequendum duxit, ideoque decreti, quod Carolus IV. A. in consessu comitiorum fecerat, agnitionem confirmationemque a Principibus Electoribus impetrauit 6). Haud ingratum erit litteras Archiepiscopi et Electoris Moguntini inserere 7), lumen certe huic materiae affundunt, verba haec sunt: *Gerlacus Dei Gratia sanctae sedis Moguntinae Archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam Archicancellarius. Omnibus in perpetuum. Regimini sanctae Moguntinae ecclesiae auctore Domino praesidentes, nec non ex privilegio dictae ecclesiae nostrae in electione Regis Romanorum in Imperatorem promovendi, ius ac vocem eligendi cum caeteris Principibus Electoribus obtinentes, ad illa dirigenda ac prospere promovenda nos sentimus obnoxios, per quae inclitis nostris Coelectoribus iura et privilegia sua servantur illaesa. Et — in praesenti tempore tam consulte agitur, quod litigiorum anfractibus, qui in futuro tempore in electionibus Romanorum Regum possent emergere, salubriter obviatur, variisque creandi periculis, quae circa vacationem imperii solent occurrere, provisum esse speratur 8).*

Domini

- 5) De modo inveniendi singula A. B. capita, in *Commentariis de orig. et progr. Legum Iuriumque Germ. Vol. I. P. II. p. 187.* dixit PRAESES.
- 6) GRIBNERUS ad *A. B. Metensem p. 13.* observavit, Ducem Saxoniae tales litteras impetrasse ab Archiepiscopis et Electoribus, Moguntino, Treuirensi et Colonienfi, atque a Marchione Brandenburgico, id tamen peccat, quod decreto Pragensi accessisse ait. His enim accessisse tabulis nullo argumento probari potest.
- 7) GUDENUS *T. III. Cod. Dipl. Mog. p. 396.* hanc chartam edidit, reliquas esse editas, non meminisse legere.
- 8) Itaque cum hae litterae darentur, iam decreta de suffragiis Principum Electorum et Vicariatus facta erant, simulque finis horum decretorum significatur.



Sane quia fama communi et testimonis luce clarioribus a Principibus, Comitibus, Baronibus, Proteribus ac nonnullis aliis fidelibus Imperii Romani recipimus, qualiter felicis memoriae Dominus Albertus, quondam Saxoniae Dux, Illustris Principis, Domini Rudolphi Saxoniae Ducis S. I. Archimareschalli genitor, tanquam Princeps Elector imperii, cum consensu, voluntate et voce unanimitate aliorumque Principum Coelectorum illius temporis, Serenissimum quondam Dominum Rudolphum, Romanorum Regem clarae recordationis rite et rationabiliter elegit, et subsequenter inclitum Dominum Adolphum, avum nostrum clarissimum R. R. ac demum idem Dux Albertus Saxoniae tractu dierum, insignis memoriae Albertum R. R. praedicti Domini Rudolphi R. R. filium, Austriae tunc Ducem iuxta morem et observantiam in electione R. R. qui sunt ad imperium promovendi, servari consuetum, cum Coelectoribus, qui tum erant, elegit, et post decessum eiusdem Alberti Regis, eo tempore, quo sacrum imperium periculose aliquantisper factuabat erroribus, saepe dictus Dominus Rudolphus Saxoniae Dux hodie in humanis agens, praedicti Domini Alberti, quondam Saxoniae Ducis filius, celeberrimae memoriae gloriosissimum Dominum Heinrichum, quondam R. I. inuictissimi Domini nostri, Domini Karoli R. I. moderni, praedecessorem et avum, tunc Comitem Luxemburgensem, in R. R. elegit, qui post electionem eandem in R. I. fuit solemniter coronatus.

Quia etiam, sicut per multas orbis regiones nedum manifeste est publicum, verum etiam quasi notorie divulgatum et penitus indubitatum existit, quod idem Dominus Rudolphus, hodie Saxoniae Dux, modernis temporibus iam dictum clarissimum Dominum nostrum, Dominum Carolum, in praesentiarum sacro imperio feliciter praesidentem, nobiscum, tanquam cum Archiepiscopo Moguntino, nec non cum caeteris nostris et suis Coelectoribus solemniter elegit, sicut et idem D. N. post electionem huiusmodi in Imperatorem per consequens fuit solemniter coronatus.

Nos iuribus et praescriptionibus annualibus ac diuturnis dicti Ducis Saxoniae super dignitate electionis et vocis praedictarum rite pensatis, ac ex nostra et aliorum Coelectorum nostrorum praesentia in medium deductis, ac multa deliberatione discussis, quae videlicet ipse nunc et temporibus praeteritis habuit et ex successione paterna obtinere dinoscitur ac legitime possidere; sano et provido primum quidem ante dicti Serenissimi Principis D. N. D. Karoli Imperatoris moderni, deinde

C

nostro



nostro et aliorum Principum Coelectorum, tam ecclesiasticorum, quam secularium deliberato accedente consensu, nec non aliorum Principum, Comitum, Baronum et Procerum sacri Imperii communitato consilio 9) futuris cupientes prudenter obuiare periculis et suspectas pro posse succidere dubiorum (deest vocabulum) ut videlicet ius, honor, dignitas, vox et potestas electionis huiusmodi saepe dictae, Domino Rudolpho, Saxoniae Duci, et eius heredibus illaesa perpetuis temporibus incommutabiliter obseruentur, ac permaneant illibata, auctoritate nostra, qua sicut Archiepiscopus Moguntinus et Princeps Elector fungimur, post declarationem, decretum et imperialem dispositionem praefati D. N. quibus ipse imperialibus litteris praedictis dubiis occurrisse dinoscitur, declaramus et dicti D. N. Karoli, tanquam R. I. et Regis Bohemiae ac virtute regni et coronae Bohemiae, Principis Electoris et omnium Electorum accedente consensu decernimus ac deliberato solemnibus Curiae consilio diffinimus, quod memoratus D. Rudolphus — — tanquam Dux Saxoniae et sacri imperii Archimareschallus, et nemo alius, sub tali nomine seu titulo, verus et legitimus in electione R. R. Elector Princeps censatur, et sic realiter, ut existit, sibi que tanquam tali competat, ut in veritate competit, vox, ius et potestas in electione R. R. in Imperatorem promovendi. Et postquam esse desierit ex tunc, quia primogenitus eius ab hac luce migravit, filio eius seniori legitimo, duntaxat laico, et illo non existente eiusdem filii senioris primogenito, legitimo, filio laico vox, ius et potestas praedicta libere competat eligendi. Si vero filium ipsius seniore absque heredibus legitimis, masculis, laicis seu laico mori contingeret, ex tunc vox iam dicta ad seniore fratrem per veram paternam lineam saepe dicti Dni Rudolphi moderni, Ducis Saxoniae descendente et deinde ad illius primogenitum similiter laicum deoluatur, talisque successio et deolutio vocis, iuris et potestatis praemissorum in Ducibus Saxoniae laicis per iam dictam veram legitimam lineam paternalem ex ipso Dno Rudolpho descendendibus, perpetuis debeat temporibus obser-

vari;

9) Ex hoc testimonio satis luculento et omni exceptione maiore cognoscimus deliberationem de suffragio Electorali Saxonico, in pleno comitiorum confesso fuisse habitam. Atque ex his ipsis tabulis egregie refellitur eorum opinio, qui Carolum IV. ita decrevisse ira studioque iudicant, in quem errorem praeter alios, quos nominare longum foret, Olenchlagerus adeo, Haebelinus, Dreyerus, Hofackerus prolapsi sunt.



vari; ea tamen conditione, ut si praesatum laicum seniores relicti hereditibus masculinis sexus, defectum aetatis patientibus, mori contingeret, tunc frater senior eiusdem filii senioris in principatu, voce, iure et potestate praedictis et in omnibus aliis tutor et administrator existat, donec aetatem decem et octo annorum expleverit, quam aetatem idem D. N. D. Imperator auctoritate Imperiali legitimam fore statuit et decrevit. Qua consecuta sibi dignitatem, principatum vocemque, ius et potestatem huiusmodi et omnia alia ab ipsis dependentia teneatur protinus assignare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Norimberg, sabbatho, quod fuit in crastino circumcisionis Domini anno eiusdem Domini MCCCLVI. <sup>10)</sup>

Vtrum Duces Saxoniae Lauenburgici istam de ducatu et Electoratu Saxoniae constitutionem Aureae Bullae insertam, non cognouerint, an eidem obtemperare recusauerint, definire non ausim, id autem constat et ex monumentis fide dignis manifestum est, Ericum Ducem Lauenburgicum, titulum Archimareschalli atque Electoris Saxoniae usurpasse. Rudolphus Elector Saxoniae eas ergo querelam apud Carolum IV. A. mouit, qui Ducem Lauenburgicum ad curiam imperialem euocauit tali libello: *Wir KARL von Gottes Gnaden Römischer Keyser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs etc. Entbieten dem Hochgebornen Ericken Hertzogen zu Sachsen, unsern und des heiligen Reichs Fürsten, vnser Genade und alles Gutes. Vns hat der Hochgeborn Rudolff Herzog zu Sachsen, des heiligen Reichs obrister Marschalk, vnser Ohem und Fürste vorgeleget, Alleine er des heiligen Reichs obrister Marschalk und Churfürste sey, und das mit allen Churfürsten und auch vor andern Fürsten des Reichs recht und redlich austragen sey, als er es auch von seinen Eltern hergebracht hat, und in Gewehre und Gewalt ist, doch so nennest du und schreibest dich des Heiligen Reichs obristen Marschalk und gibest für, du seyst ein Churfürst, sintemahl nun mit gemeinen Rathe und eintrachtigen Willen*

C 2

aller

- 10) Itaque hae litterae die II. Ianuarii datae sunt, promulgatio Aureae Bullae IV. Id. Ian. seu die X. Ianuarii facta est. GRIENERVS c. l. reliquas Principum Electorum litteras, quatenus constat, V. Id. Ian. seu die IX. Ianuarii editas refert, tabulas Pragenses die VI. Octobris praecedente anno scriptas significauimus. Tempora igitur facile erga se inuicem contendere possunt, multos enim etiam hic errantes cognouimus.



aller Churfürsten zu einem ewigen Rechten gericht ist, als in unsern Keyserlichen Rechtbuch geschrieben stehet, dafs die Würde und Fürstenthumb der Chure an dem Reich nicht sollen getheilet werden, und soll in irlicher solcher Würdigkeit einer seyn, der der Chur und Stimme, und aller Rechten eines Churfürsten gebrauche; so gebieten wir dir mit Keyserlicher Macht an diesen Brive und wollen dass du an dem nechsten Freitage vor Sanct Gallentage an unsern Keyserlichen Hofe, wo wir danne werden seyn, vor unser Würdigkeit komest und dich umb solliche Sache verantworttest und gebest und nehmeest, was dem obgenannten Herzogk Rudolffen und dier darunter die Fürsten finden zu einem Rechten, Auch solstu wissen, ob du denselben Tagk nicht hildest, darzu wir dich laden als darvor begriffen ist, dafs wir dennoch in den obgeschribenen Sachen mit der Fürsten Rath thun wollen, alles das wir mit Recht thun sollen und mögen. Und wollen ihn auch bey allen seinen Rechte mechtiglich behalten. Mit Urkund disr briefes, versiegelt mit unserm Keyserlichen Majt. Insiegl. Geben zu Prage nach Christus Geburt Dreizehnhundert Fahr darnach in dem Ein und Sechzigsten Jahre an Sanct Johannis Tagk, als er enthauptet wurde, vnser Reiche in dem sechzehenden und des Kaiserthums in dem siebenden Jahre 11). Exitum iudicii memoriae proditum non reperi, sed ex hac formula vsus Aureae Bullae in causis publicis intelligitur, atque omnino ab eo tempore petitiones Lauenburgicae cessasse videntur, vtrum ex decreto Imperatoris reique iudicatae auctoritate, an spontanea adfectionis iniustae omissione, ex monumentis fide dignis dicere non possum.

## §. V.

*De suffragio Electorali Saxonico et Archimarschallatu Imperii, regnante Rudolpho II. in Saxonia, imprimis de Aurea Bulla Saxonica Metis anno 1357. edita.*

Rudolphus I. anno seculi decimi quarti quinquagesimo sexto, mense Martio, naturae debitum reddidit, Rudolpho II. successore et herede territoriorum suorum relicto. De qua quidem successione

11) Ex manuscripto hanc chartam edidit HALTAVSIUS memoria iur. publ. ceteri ex medio aevo p. 19.



cessione nulla plane dubitatio esse potuit, siue mores majorum in ducatu Saxoniae, siue tabulas Pragenfes, siue Auream Bullam Caroli IV. A. Spectes, idemque Princeps iure ducatus Saxonici tam suffragio Electorali, quam Archimareschallatu imperii potitus fuit. Exemplo patris in suis et familiae Saxonicae iuribus muniendis prudentem se gessit et cautum. Cum enim Carolus IV. comitia imperii indixisset Metis, quae deesse videbantur Aureae Bullae capita laturus, non adfuit solum, sed Imperatorem etiam sibi propitium reddere studuit, munusque Archimareschalli in solemni curia administravit; vt possessionem iurium cum ducatu Saxoniae coniunctorum obtineret. Agnitus igitur ab Augusto aliisque Principibus, Dux Saxoniae, Princeps Elector atque imperii Archimareschallus, potuisset tot tantisque testimoniis monumentisque in securitatem iurium suorum impetratis recedere, neque tamen non confectis editisque, quae in comitiis Metensibus sancita fuerant, legis Carolinae capitibus, novas iurium suorum tabulas ab Augusto impetravit, quas Aurea Bulla insignes, vocamus AUREAM BULLAM SAXONICAM. Est hoc insigne iuris publici monumentum et tam in nostra suffragii Electoralis historia, quam in iure imperii publico memorabile, qua de causa exemplum eius notulis passim adpersis huic libello inferere iuuat <sup>1)</sup>, verba haec sunt;

*In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis feliciter amen.*

*Karolus*

1) Fragmenta harum tabularum attulit GOLDASTVS de maioratu lib. II. c. II. §. 4. atque AVCTOR deductionis Vinariensis p. 82. (secundum editionum an. 1673.) GEORGIVS SPALATINVS in commentatione: *Chronica und Herkommen der Churfürsten und Fürsten des Lößlichen Hauses zu Sachsen* apud HORDLEDERVM de causis belli Germanici lib. IV. cap. 23. p. 598. seqq. iam ante Goldastum et ni fallor primus, tabularum Saxoniarum Metensis et Francofurtensis in illustri controuersia vsus est, editis in lingua vernacula capitibus quibusdam, cum quibus textus latinus in notis subiectis comparatur, atque ex hoc GOLDASTVS P. II. der Reichsürzungen p. 63 suum exemplum expressit. Horum omnium industriam longe superauit GRIBNERVS in *diff. ad Caroli IV. Bullam Auream Saxoniam datam Metis an. 1357. Kalend. Ianuar. Lips. 1728.* Textum enim Latinum cum versione Teutonica e regione posita edidit, notis ex historia et iure publico adpersis. Gribnerus versionem pro authentica habet, vt nihil referat, latino an Germanico textu vtaris,



*Karolus IV. diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus et Bohemiae Rex ad perpetuam rei memoriam.*

Quamuis sublimitas dignitatis Caesareae, in qua conditor orbis omnipotens nos sola suae pietatis clementia collocauit feliciter, mentem nostram urgeat et amoneat incessanter, ut cura peruigili et sollicitis laborum studiis a nostris et imperii sacri fidelibus amputemus incommoda eisque amoenitatem desideratae pacis salubriter ministremus, feruentiori tamen effectu cor nostrum accenditur penes ea, quae sacri imperii decus et illustres ipsius Electores Principes quadam singularitate conspiciunt, quos generis nobilitas, virtutum insignia ac continuata fides prae caeteris laudabilibus recommendant. Nam ad illorum magnificationem, maiestatem nostram merito decet intendere, in quibus sacri imperii status, velut in columnis fortissimis, titulis sublimibus et sinceritate fidei solemniter conferuantur <sup>2)</sup>.

Sane, sicut alias a Principibus, Comitibus, Baronibus, Proceribus et Nobilibus multisque aliis nostris et imperii sacri fidelibus informationem certam nostra recepit Serenitas et testimonia luce clariora <sup>3)</sup>, qualiter felicis memoriae Illustris Albertus, quondam Saxoniae Dux acius Illustris Rudolphi, moderni Saxoniae Ducis, sacri imperii Archimareschalli Principis et Auunculi nostri dilecti velut Archimareschallus sacri imperii et verus Princeps Elector, accedente unanimitate consensu, voluntate et votis aliorum suorum Coelectorum Principum, recolendae memo-

riae

vtaris, quod equidem in medio relinquo, ego certe textum latinum pro authentico habeo, nondum edoctus versionem illam ex ipsa imperii Cancellaria sub sigillo authentico produsse. Itaque eam omittebam ratus, haec etiam de causa, quia Bulla Sigismundi in lingua patria infra adferretur.

- 2) Introitus similis in tabulis Praegenibus legitur, inque aliis etiam obseruatur chartis, tan ante quam post legem Carolinam. Mihi autem sententia memoratu digna videtur, quod iam Carolus IV. statum Germaniae in Principibus Electoribus fundatum esse iudicat, quod quam verum sit, vniuersa imperii historia docet. Plura eius generis elogia collegit PRAESES in opere: *Bestimmung der Kaiserlichen Machsvollkommenheit in der deutschen Reichsregierung* — P. II. p. 55. seqq.
- 3) Equidem hic tam ad tabulas Praegeneses, quam ad consultationes Norices in condendis prioribus Aureae Bullae capitibus respici puto.



riae serenissimos quondam Radolphum, Adolphum 4), et Albertum ipsius Rudolphi filium, Ducem Austriae, Romanorum Reges, praedecessores nostros quadam ordinata consequentia rite et rationabiliter ac iuxta debitam obseruationem sacri Romani imperii in Romanos Reges elegerit ad Imperatoriam celsitudinem promouendos et post mortem ipsius Alberti Romanorum Regis, dum sacrum imperium variis aliquandiu fluctuaret erroribus, Rudolphus quondam Saxoniae Dux, dicti Ducis Alberti filius, et moderni Rudolphi Saxoniae Ducis pater, celebris ac recolendae memoriae Dominum Henricum auum nostrum dilectum cum suis Coelectoribus in Romanorum Regem elegerit dinoscitur, qui post eandem electionem adeptus fuit feliciter Imperatoriam dignitatem 5), cunq̄ue manifestissimum sit et longe lateque lucidissime divulgatum, nec in dubium unquam reuocari valeat, quomodo etiam dictus Rudolphus, quondam Saxoniae Dux, auunculus noster dilectus, moderni Rudolphi, Ducis Saxoniae pater, hoc felici nostro tempore cum ceteris suis Coelectoribus Principibus nos in Romanorum Regem elegerit solemniter, sicut etiam post eandem suam et aliorum suorum Coelectorum Principum electionem in Imperatorem Romanum sumus promoti et auspice Deo feliciter coronati 6) prout

omnia

4) In tabulis Pragensibus omissa fuit electio Adolphi, sed recte etiam haec electio allegatur, quippe eidem interfuit Rudolphus Dux Saxoniae Princeps Elector. Atque ex hoc etiam loco mihi intelligere videor in comitiis Norimbergensibus nouam consultationem fuisse habitam.

5) De hac electione in specimine I. huius historiae §. VI. p. 20. dictum, in qua lis ac disputatio a Lauenburgicis moueri coepta, mandato Marchioni et Electori Brandenburgico exposito; si de iure vel consuetudine reperit fuerit, eos fore ad ipsam electionem admittendos. Haec erat mandati formula, admissi non fuerunt, efficitur inde, vt petitio ipsorum iure reiecta fuerit. HOFACKERVS in comment. de originibus et factis successione ex iure primogeniturae — p. 55. de hac lite ita iudicat: rem dubiam ipsi opponuntur Electores in electione Henrici VII. Lauenburgicos admittentes, si de iure vel consuetudine reperit fuerit, eos fore ad electionem admittendos, sed nodum Alexandrino more soluit Carolus IV. cum solos Vitebergenses, exclusis Lauenburgicis ad dignitatem electoralem admittere. Vtrumque falsum, conditio enim illa non decreto Electorum adiecta, sed mandato, ipsa autem petitio explosa fuit; Rudolphus enim pro se et suo nomine elegerit, nec nodum, quem sibi contra fidem historiae fingunt, Alexandrino more scissum, sed iure solutum fuisse iam dictum et infra dicitur.

6) cf. specimen I. p. 29. seq. Ludouici IV. electionem Carolus IV. omisit, quippe earum duntaxat meminit, in quibus Rudolphus I. suffragium tulit



omnia et singula haec multorum Principum et fide dignorum testimonio, firmissime sunt fulcita.

Ideo praefati Rudolphi moderni Saxoniae Ducis, sacri Imperii Archimareschalli et Principis Electoris, Auunculi nostri dilecti tam claro manifestoque et notorio iure considerato, inspecto et pensato diligentius, quodque praefati Albertus et Rudolphus, quondam Saxoniae Duxes, auus et pater eius, diuturna temporum praescriptione habuerunt et possederunt legitime, prout etiam ipse in praesenti ad instar eorum ex successione paterna et hereditaria habere dignoscitur, et iusto titulo possidere in electione Romani Regis in Imperatorem promouendi; sano venerabilium ecclesiasticorum et illustrium secularium Electorum Principum sacri Imperii consilio et assensu accedente, nec non aliorum plurimorum ecclesiasticorum et secularium Principum, Comitum, Baronum, Procerum et Nobilium, fidelium nostrorum communicato consilio, volentes auxiliante Domino futuris obuiare periculis et erroribus, ac materiam succidere et tollere omnium dubiorum 7), in eo videlicet, quod ius, vox, dignitas et potestas eligendi Romanum Regem, moderno Rudolpho Saxoniae Duci, sacri Imperii Archimareschallo et Principi Electori, Auunculo nostro dilecto, heredibus et successoribus suis legitimis illaesa perpetuo ac incommutabilia permaneant, illibataque et irrefragabilia conseruentur, statuimus et imperiali sancimus edicto, perpetuis temporibus valituro, discernimus quoque et declaramus ex certa scientia et de plenitudine Imperatoriae potestatis, quod ante dictus Rudolphus, Saxoniae Dux, Auunculus noster dilectus et nemo alius praeter eum 8), velut Saxoniae Dux, Sacri Romani Imperii Archimareschallus, verus et legitimus Princeps Elector existat, sibi que competat, prout vere competit, vox, ius, auctoritas et potestas eligendi in electione Romanorum Regis, quotiens emerferit, ad

Impera-

tulit. Neque tamen non Rudolphus I etiam a Ludouico IV. pro Electore legitimo habitus agnitusque fuit, quod vel *litterae Electorum anno 1338*. scriptae apud HERWARTVM p. 751. aliosque docent.

7) Hoc loco Carolum A. respicere ad dubia a ducibus Lauenburgicis nota inde colligitur, quia nemo vnquam alius de suffragio ducis Saxoniae dubitauit.

8) Haec duo verba praeter tenorem tabularum Praagensium inserta fuerunt, ad ius primogeniturae fortius significandum, vt ne fratres fratrumque liberi, quamuis communio territorii et principatus, cui illud ius adhaerebat, ipsis denegari non potuerit, consortium aliquod sibi arrogare queant.



*Imperatoriam maiestatem promouendi, eò praecipue, quod sibi velut vero heredi et successori legitimo post obitum sui patris Ducatum et Comitatum Palatinum Saxoniae 9), Archimarschalliam sacri Imperii, nec non*

*omne*

9) Inde ab Aurea Caroli IV. Bulla, qua Vicariatus in terris iuris Saxonici per legem publicam Electori Saxoniae datus firmatusque fuit, ducatus et comitatus Saxoniae Palatinus iungi, atque in monumentis publicis recenserentur solent, vt circa hanc ipsam rem inuouationem aliquam factam fuisse oporteat. Etenim iam antiquioribus temporibus, Electoribus Saxoniae Palatinatum Saxoniae competuisse atque in titulis adeo repositum fuisse, multae tabulae demonstrant. Vnam chartam videre iuuat. Apud Schoettgenium et Kreyssigium in *Spicilegio Superioris Saxoniae historico* P. IX. num. IV. p. 142. diplomate an. 1354. ita legitur: *Rudolphus Dei gratia, Saxoniae, Angariae, Westphaliae Dux, Comes Palatinus Saxoniae, sacrique Romani Imperii Marschallus*. Historiam huius instituti, variasque virorum doctorum opiniones et dissensiones enumerare, nostri libelli ratio non permittit, id tamen silentio praeterire non possum, ex sanctionibus Aureae Bullae Vicariatum in Palatinatu Saxoniae fundatum fuisse. Etenim id non solum interpretatio Aureae Bullae, atque Vicariatus in iuris Franconici ratio docet, sed haec ipsae tabulae nihil eius rei argumentum praebere videntur. Porro rationes Palatinatus et Vicariatus tam arcto vinculo continentur, vt consideratis moribus maiorum separari nequeant. Hic Palatinatus cum ducatu Saxoniae iunctus est, et cum ex hoc Electoratus processerit, illo autem Vicariatus nititur, atque Archimarschallia a Ducatu et Electoratu pendet, intelligitur, horum munerum iurisque arctissimam esse cognationem, vt a principatu Saxoniae neque auelli, neque diuidi, neque cum aliis communicari queant. Quae quidem omnia inde ab A. B. mihi certissima sunt, atque eatenus Grübnerus contra Struuium recte olim iam disputasse videtur. Quemadmodum autem plura palatia Imperatorum per Saxoniam, ita etiam plures Saxoniae Palatinatus, fuerunt, qui tanquam munera territoriis adhaerere, et cum eisdem successionis iure ad posteritatem propagari solebant. Itaque nemini mirum videbitur plures Saxoniae Palatinatus eodem tempore reperiri, quibus adeo inueniuntur Principes ab eodem Imperatore, vt neque error subesse, neque vnus ad alterum translatio statui possit, atque adeo in iisdem tabulis duo pluresque Comites Palatini Saxoniae interdum occurrant.

Quae fuerit olim horum Palatinatum erga se inuicem relatio ex coseuis monumentis iam demonstrare non possum, mihi tamen haec optima expediendi rem tot difficultatibus circumseptam, visa semper fuit ratio, vt inter Palatinatum Saxoniae generalem et specialem distingueretur.

D



omne ius deuolutionis Ducatus Lunenburgensis, quod nobis competit, vel quomodo libet competere possit in futurum cum omnibus et singulis eorum Principatibus, terris, dominiis, proprietatibus, vasallagiis et vniuersis ac singulis pertinentiis, libertatibus, iuribus et utilitatibus in quibuscunque consistant, quibusue specialibus nominibus valeant nuncupari, adhibitis ceremoniis debitis et consuetis in ciuitate Metensi in omnium Electorum ac aliorum plurimorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum et Nobilium praesentia in feudum nobile et insigne contulimus et ipsum solemniter inuestiuimus de eisdem <sup>10)</sup>, ipse quoque in die natiuitatis

Generalem Palatinatum dico, qui per omnem Saxoniam, quam late patet, porrigitur, specialem, qui ad certum territorium restringitur. Huius quidem signum est, certus et determinatus, cui adhaeret locus ac districtus, ille autem nullis finibus continetur, sed per eas Germaniae partes manat, in quibus iuris Saxonici vsus cernitur. Hunc equidem Palatinatum ab antiquissimis temporibus cum ducatu Saxoniae iunctum eiusque accessionem fuisse arbitror, quippe Saxo proprio iure, atque in terris natiuitatis suae iudicandus erat, quod vice Imperatoris sacra a Comite Saxoniae palatino fieri solebat. Itaque recte in hoc Palatinatu Vicariatus imperii Germanici fundatus fuit, vt adeo remotior huius muneris causa ex Ducatu Saxoniae repetenda videatur. Atque eatenus GRIBNERI in *diff. de terris iuri Saxonici sect. II. §. 8. Opusc. T. II. p. 143.* sententia cum nostra conuenit. LAMELIUS in opusculo: *Von dem Ursprunge des Churpfälzischen Reichvicariats* Mannheimii 1790. 4. Vicariatus palatini origines in praesico Franconiae ducatu sibi inuenisse visus est, ego certe ipsi non refragor, id tamen mihi peccare videtur, quod ab antiquissimis temporibus vsuum eius obtinuisse statuat. Vera enim causa in arrogantia Pontificis latet, qui Vicariatum Imperii exorto interregno ad se pertinere distitabat, vt Regi electo iurisdictionem regni Germanici, in qua fere omnis vis Imperii ciuilibus isto tempore reponi solebat, cum reliqua Germaniae rectora dare valeret. Quibus conatibus obuiam itum fuit, Vicarios Germaniae constituendo, vtrum iam ante A. B. ex mandato Imperatoris Ordinumque Germaniae, an sua sponte Comites Palatii in Ducatu Franconiae atque Saxoniae id ad munus suum imperitiae salutem pertinere existimauerint, equidem definire non ausim. cf. COMMENTARIJ de Or. et Pr. Legum Iurisque Germ. P. II. Vol. I.

10) Litteras inuestiturae vtrum impetrauerit ab Augusto Elector Rudolphus II. ignoro, certe editas non habemus. Ego vero neque exemplar sanctionis Carolinae, neque proprias inuestiturae litteras super hoc inuestiturae actu a Rudolpho Electore redemptas fuisse puto, has tabulas enim



tatis Christi in praefata ciuitate, dum solemnem imperialem nostram celebrarimus curiam in reuerendissimi in Christo patris Domini Petragoricensis Sacrosanctae Romanae ecclesiae Cardinalis, Illustris Caroli Ducis Normandiae et aliorum multorum Principum ecclesiasticorum et secularium praesentia iuxta sui officii debitum, velut ceteri Electores Principes coram nostra maiestate ceremonialiter et ea decencia, prout tenebatur facere, ministravit <sup>11</sup>).

Et ne inter heredes et successores ipsius eo defuncto super iure huiusmodi dubitationum, quaestionum aut litium exurgant materiae temporibus affuturis, decernimus et Imperiali statuimus edicto, quod post eius obitum primogenitus filius ipsius, vel eodem decedente antequam filius procrearet secundo genitus seu senior ordine geniturae laicus duntaxat in praescriptis Principatibus et officio Marschalliae cum omnibus suis dominiis, iuribus et pertinentiis sibi succedat et quod eidem vox, ius, auctoritas et potestas competat, quotiens necesse fuerit Romanum Regem eligendi. Si vero praefatum Rudolphum, modernum Saxoniae Ducem sine legitimis masculini sexus heredibus, laicis de lumbis eius procreatis mori contigerit ex tunc Principatus, vox, ius, auctoritas et potestas electionis huiusmodi modo praemisso ad seniore[m] fratrem eius per veram paternalem lineam descendentem et ab eodem ad primogenitum seu seniore[m] filium eiusdem, eodemque sine legitimis masculini sexus heredibus laicis decedente, ad Illustr[em] Albertum filium Ottonis, quondam Ducis Saxoniae, fratris moderni Rudolphi Saxoniae, Ducis et ad eiusdem seniore[m] filium, eoque sine masculini sexus heredibus decedente ad proxi-

D 2

miorem

enim ad tuenda iura sua sufficere recte iudicauit, quas ipse Imperator infra vocat *inféudationis paginam*.

- 11) REHDORFIVS ad an. 1356. apud FREHRRVM T. I. SS. 401. Germ. p. 641. et ALBERTVS ARGENTINENSIS p. 162. de ministerio Principum Electorum in hac curia retulerunt, quis autem sit Petragoricensis, GRIBNERVS c. diff. p. 57. ex monumentis fide dignis tradidit. Haec solemnitate orta est inter Electorem Saxoniae et Wenceslaum, Ducem Luxemburgensem de iure tenendi et praeferendi gladii controuersia, quae secundum Saxonem definita fuit, saluo tamen aduersarii iure. Chartam optime edidit GVDENVS Cod. Dipl. Mog. T. III. p. 45. no. CCLXXXII. saepius tamen has tabulas esse editas demonstrat SCHOETTGENII inuentarium diplomaticum Saxoniae superioris p. 270.

Contro-



miorem heredem secundum lineam paternam, laicum dumtaxat deoluui debet pleno iure, et talis successio ac deuolutio debet, ut praemittitur in omnibus praescriptis sine inuocatione perpetuis futuris temporibus inuoluntate obseruari sub conditione infra scripta, ita videlicet, quod si aliquem ex iis modo praedicto ab hac luce migrare contingeret, qui masculini sexus heredes legitimos laicos post se relinqueret, in annis aetatis debitae defectum patientes, ex tunc senior frater eiusdem morientis seu defuncti fidelis tutor et administrator eiusdem iuuenis, ad quem praescripta iure deuoluentur, esse debet, donec ad aetatem legitimam ipsum continget peruenire et eadem assecuta, dignitatem, vocem, ius, auctoritatem et potestatem electionis, Romani Regis et omnia et singula alia ab ipsis dependentia idem tutor sine difficultate, renitentia et exceptione contraria debebit et tenebitur iuueni suo fratriuelli protinus assignare<sup>12)</sup>. Aetatem quoque legitimam pro habitatione et regimine vocis, iuris, auctoritatis

Controuersiam de eadem re in curia Francofurtensi anno 1350. agitam Caroli IV. diploma Rudolpho I. Electori datum testatur, apud MüLLERVM in *Tocair. Imper. sub Friderico III.* p. 84. Vehementer etiam hoc de re anno 1376. in coronatione Wenceslai Regis Romanorum ius disputatum constat, praenauit tamen contra Ducem Brabantiae ius Archimarchalli, quod recte admonuit PELZELIUS in *vita Wenceslai R. R. T. I* p. 53. tandem ipsam litem Sigismundus Augustus anno 1411. charta apud LÜNIGIVM *P. sp.* p. 5. teste, secundum Electorem Saxoniae decidit.

12) Hic locus praeter tabulas Pragenfes ex Aurea Caroli IV. Bulla insertus, atque in aliis monumentis, puta in tabulis Francofurtensibus et Aquigranensibus repetitus fuit, sed, si quis contendere velit locum sanctionis Carolinae cum hoc nostrarum tabularum articulo, adiectionem aliquam animaduertet, qua distinctio inter suffragium Electorale et rectorem territoriorum continetur, duplici aetate ad exercitium utriusque obtinendum statuta. Eandem distinctionem in Aurea Bulla Palatina Sigismundus A. sequutus est, sed tam iuris publici Saxonici, quam Palatini interpretibus crucem fixit hic locus. Opiniones virorum doctorum recensere longum foret, LYCKEVS *V. ILL. P. II. operis: von der Vormandschaftsbestellung bey Privat- und Erbschaften Personen (Leae 1791.)* p. 15. seqq. quarundam meminit, sed nec ipse hunc locum ex suis rationibus explicauit. Mihi omnis interpretatio ex iure feudali repetenda videtur. Constat enim distingui inter pubertatem feudalem et maiorem aetatem, illam Principes Electores anno aetatis duodeuicessimo ex ipsa



ritatis et potestatis in electione Romani Regis decem et octo annorum cense-  
 feri statuimus et haberi. In principatibus vero gubernandis ceterum per  
 leges dominorum Imperatorum et Regum Romanorum praedecessorum  
 nostrorum recolendae memoriae definitam decrevimus omni modo obser-  
 vandam.

Praeterea ne super voce, iure, auctoritate et potestate electionis  
 inuimodum et ducatu, Principatibus ac officio Archimarchialis prae-  
 dictis, ullo unquam tempore futuro dubia oriri, scandala suscitari seu  
 nouitates attentari valeant, imperiali auctoritate et de Imperatoriae po-  
 testatis plenitudine declarationem nostram modo praescripto auctoriza-  
 mur, approbamus, ratificamus et de certa scientia in omnibus et singu-  
 lis

ipsi sanctionis Carolinae mente adipiscuntur, haec autem iure Caesareo  
 (Kaiserrecht) iudicatur, illa tribuit usum munerum publicorum, haec  
 administrationem territoriorum. Sed ex quo iure maior aetas definiat-  
 ur, quae sit. Plerosque ad ius Romanum delapsos intelleximus neque  
 ignotum id ipsum fuisse iuribus Aureae Bullae multis argumentis in-  
 telligitur; in hoc autem loco id negauimus. Verba enim, quibus usus  
 est harum tabularum scriptor, id quod alias dici solet ius Caesareum,  
 non in sensu Senkenbergiano, sed ut pro iure communi habeatur, expri-  
 mitur, et COMMENTARIUM PRAESIDIS de origine et progr. legum  
 in iuribus Germ. P. II. Vol. I. p. 305. seq. itaque in hac nostra lege maior  
 aetas ex iure Saxoniae explicari debet, quod ius Caesareum appellari  
 in commentariis citatis probatum. At vero per usum haec inualuit  
 interpretatio, ut et suffragium electorale cum iuribus suis et rectura ter-  
 ritoriorum eodem iure ac tempore definiretur. SIGISMUNDUM in  
 vraye Bulla Aurea Palatina apud FREHERUM de legitima tutela cu-  
 raeque Electorali Palatina p. 34. GOLDASTUM T. Vn. Coust. p. 398.  
 aliosque eandem distinctionem inter iura Electoratus atque territorio-  
 rum administrationem secutum dixi, verba haec sunt: Aetatem autem de-  
 bitam in hoc casu, eligendi videlicet Romanorum Regem in Imperatorem  
 promouendum decem et octo annorum consisti volumus atque haberi. In prin-  
 cipatibus autem, ducatibus et dominis aliis temporalibus gubernandis aeta-  
 tem obseruandam decreuimus, prout a Diis Romanorum Imperatoribus et  
 Regibus, nostris praedecessoribus sancitum. Itaque eandem fuisse Aureae  
 Bullae Carolinae conditoribus mentem puto, ipsaque verba id mihi  
 suadere videntur. Cum enim pubertas in aliis vasallis ad munus capes-  
 sendum esset statuta, plenam in Principibus Electoribus propter mune-  
 ris magnitudinem et grauitatem sanciri placuit. Posterior aetas eandem  
 sanctionem etiam territorii administrationem contineri credidit, quod usu  
 rerumque iudicatarum auctoritate firmatum receptumque fuit.



lis suis punctis, clausulis, sententiis et articulis confirmamus, suppletes nihilominus de praefatae Imperatoriae potestatis plenitudine omnem defectum, si quis in praemissis ex defectu verborem, sententiarum obscuritate, obmissione solemnitatis seu alio quovis modo, nunc aut futuris temporibus inveniretur admissus, etiamsi quacunque lege vel statuto publico aut privato plenam et expressam de his in praesenti litera de iure fieri oporteret, quomodolibet mentionem, quibus et singulis in quantum praemissis vel eorum alicui contraria esse possent, aut praedictum aliquod generare de praescriptae Imperatoriae potestatis plenitudine omnimode derogamus. Nulli ergo omnino homini liceat hanc nostrae infestationis, auctorizationis, approbationis, ratificationis et confirmationis paginam infringere, vel ei ausu temerario quomodolibet contraire sub poena mille marcarum puri auri, quas ab eo, qui contravenire praesumpserit irremissibiliter exigi volumus, quotienscunque contraentum fuerit, et earum medietatem fisco Imperialis nostrae Camerae, residuam vero partem iniuriam passorum usibus applicari. Cumque omnia et singula praemissa velut Romanus Imperator statuenda et ordinanda duxerimus, ac solemniter discernenda, ea causa et eorum quodlibet, ut Rex Bohemiae 13) Sacri Imperii Archipincerna et Princeps Elector ex causis et rationibus legitimis superius expressatis, ratificamus et approbamus ac iidem et eorum cuilibet nostrum benevoluntiam consensum adhibemus.

Signum Serenissimi Principis et Domini, Dni. Karoli quarti Romanorum Imperatoris invictissimi et gloriosissimi Boem. Regis.

Testes huius rei sunt Vener. Boemundus Treuivensis per Galliam et Regnum Arelaten. Gerlacus Moguntinensis per Germaniam et Guilhelmus Colonien. per Italiam Archiepiscopi, Sacri Romani Imperii Archicancellarii, Illustres Rupertus Senior Palatinus Comes Rheni Archidapifer et Dux Bavariae, Ludovicus dictus Romanus Marchio Brandenburg. Archicamerarius, Sacri Romani Imperii Principes Electores, Venerabil. Johannes Argentinen. Ademarius Metens. Berengarius Tullens. Hugo Wyrdunens. et Henricus Lubuzensis Episcopi, Henri-

13) Carolus IV. uti Rex Bohemiae et Princeps Elector consensum suum interponit, quippe reliqui Principes Electores subscriptione sua idem declararunt. Ex quibus intelligere mihi videor proprias consensum litteras a Principibus Electoribus huius Bullae ergo datas non fuisse.



cus Fuldenf. Androinus Chuniacenſ. Abbat, Illuſtres Rupertus Junior Comes Palatinus Rheni et Bavariae, Wilhelmus Iuliacenſis et Iohannes Magnopolenſ. Duces, Fridericus Marchio Myſnenſ. nec non ſpectabiles Burchardus, Burggravius Magdeburgenſ. Magiſter Imperialis noſtrae Curiae, Albertus Nuremburgenſ. Burggrau. Henricus de Schwarzburg, Iohannes de Kaſſellnbogen, Wabramus de Spanzhaym, Fridericus de Leyningen, Henricus de Veldenz, Albertus de Anhalt, Burchardus et Ioannes de Rezz Comites, Barones, Nobiles et fideles noſtri et Sacri Romani Imperii ſupradicti. Praeſentium ſub Bulla Aurea typario Imperialis noſtrae maiestatis imprefſae teſtimonio literarum. Datum Metis anno Domini milleſimo trecentefimo, quinquageſimo ſeptimo. Indictione decima, VI. Kal. Ianuarii 14) Regnorum noſtrorum anno vndecimo, Imperii vero ſecundo.

Ego Iohannes Dei gratia Luthomiſchlenſis Epiſcopus, Sacrae Imperialis Aulae Cancellarius vice Reuerendi in Chriſto Patris Domini Gerlaci Moguntini Archiepiſcopi Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarii, recognoui.

§. VI.

Præcipua Aureae Bullae Metenſis capita illuſtrantur uſuſque hodiernus deſenditur.

Haud alienum a loco noſtro erit præcipuas tabularum propoſitarum ſanctiones noſſe et cauſas. Itaque primum quaeritur ex quo fonte manauerit illa lex, vtrum interpretatio eius ex charta Pragenſi, an ex Aurea Bulla Caroli IV. petatur. Vtramque iungi oportere ſtatuo. Etenim tabula Pragenſis fundamenti loco poſita fuit.

14) Dies, qui his verbis ſignificatur, eſt XXVII. Decembris, ex quo patet, hanc chartam anno ſeculi decimi quarti quinquageſimo ſexto eſſe editam. Ne quis errorem iniepiſſe putet, monendum, initium anni medio ſæculo a natali Chriſti ſeu XXV. Decembris die ſæpe computari. Praeter alios rei diplomaticae ſcriptores id animaduertit HELWIGIUS in opere: *Zeitrechnung zu Erörterung der Daten in Urkunden für Deutſchland* p. 61., eundemque morem regnante Carolo IV. obſeruatam fuiſſe, multis exemplis demonſtrari poteſt. Sed operae chartaeque in re certa par. eo. Helwigius p. 70. monumentum eius rei ex archiuo imperiali excitauit.



fuit, additis et suppletis, quae ex lege Carolina ad statum Saxoniae gentemque isto tempore applicanda videbantur. Id tamen accuratius in singulis articulis intelletur. Primum quidem caput de ipso Electoratu praecipit, statuiturque Rudolpho II. Rudolphi I. filio et heredi legitimo suffragium in creando Romanorum Rege competere. Causa et ratio huius decreti ex diuturna praescriptaque possessione repetitur, exemplis simul enarratis, quibus id ipsum demonstratur, vis autem argumenti his verbis significatur; quod praefati Albertus et Rudolphus, quondam Saxoniae Duxes, avus et pater eius, diuturna temporum praescriptione habuerunt et possederunt legitime, prout etiam ipse in praesenti ad instar eorum ex successione paterna et hereditaria habere dignoscitur, ex iusto titulo possidere in electione Romani Regis in Imperatorem promovendi. Inde sancitur accedente Principum decreto: quod ante dictus Rudolphus Saxoniae Dux, Avunculus noster dilectus et nemo alius praeter eum velut Saxoniae Dux, Sacri Romani Imperii Archimareschallus verus et legitimus Princeps Elector existat, quibus verbis ex tabula Pragensi expressis, additis duntaxat verbis: praeter eum, ius primogeniturae demonstrari non equidem dubito, vt et fratris Ottonis filius Albertus et frater Wenceslaus excludatur, adiecta tamen verba petitionem Ducum Lauenburgicorum, declaratam forte post comitia Norimbergensia remouere videntur. Ipsum fundamentum ponitur in munere ducatus, nam velut Saxoniae Dux, Archimareschallus Imperii et Princeps Elector esse iudicatur. Ius autem et possessionem suffragii Electoralis Saxonici ad vnum Rudolphum, exclusis omnibus aliis pertinere inde demonstratur, quia in solempni curia Metensi, adstante Principum corona, Ducatum et Comitatum Palatinum Saxoniae, Archimareschalliam Sacri Imperii nec non omne ius deuolutionis ducatus Luemburgensis — cum omnibus et singulis eorum Principatibus, terris dominiis, — in feudum nobile et insigne acceperat, ideoque pro iusto et legitimo possessore munerum territoriorumque existimandus, deinde, quia in solempni curia Imperiali ministrauerat, id est, munus Archimareschalli Imperatori exhibuerat more ac ritu consueto; quibus omnibus ius et possessionem moribus legibusque imperii publicis adquiri credebatur. Alterum huius diplomatis caput tractat de successione in ducatu et principatu Saxoniae. Verba quibus ipsa successio sancitur,



tur, tam ex tabulis Pragensibus, quam ex constitutione Carolina, quippe ex illis in hanc migrarunt, repeti possunt, sed quia scriptor chartam Pragensem ante oculos habuit, inde etiam haec verba crediderim expressa, ordine succedendi ad gentem istius temporis Saxoniam applicato. Tres gradus successionis constituuntur, primo vocatur posteritas Rudolphi Principis Electoris iure et ordine primogeniturae, deinde successio pertinere debet: *ad seniores fratrem eius per veram paternam lineam descendente et ab eodem ad primogenitum seu seniores filium eiusdem*, quibus Wenceslaum fratrem iuniorem, sed nunc, Ottone secundo fratre anno 1350. iam defuncto, annis seniores demonstrari, inde intelligitur, quia *Albertus filius Ottonis quondam Ducis Saxoniae, fratris moderni Rudolphi*, cum posteritate sua tertio loco ad successionem vocatur. Maximi momenti decretum, quod in iure Saxoniae publico magnam etiam excitavit controuersiam, sed an solui possit, qui plerisque adesse videtur nodus, videamus. Primum quidem illi mihi errare atque decipi videntur, qui hunc in gente Saxonica istius temporis succedendi ordinem, pro authentica Sanctionis Carolinae interpretatione habent. Supra iam diximus casum hunc Aureae Bullae verbis non definiti; sed ex rationibus legis, ordine succedendi in feudis, atque analogia successionis ex iure primogeniturae in linea descendente statuta iudicari oportere, indeque firmissimis argumentis intelligi, posteritatem secundo geniti, posthabita reliquorum fratrum et agnatorum aetate, ad successionem admitti oportere, ut adeo ex hac interpretatione Alberto prae patruo suo Wenceslao praerogatiua successionis competere debuisset. Quod quia aliter evenit in gente Saxonica, eundem sensum legi publicae inferunt, atque legem generalem ex lege speciali et facto interpretantur, quod quidem quam inepte fiat, nemo non videt. At enim, quae sit ratio successionis inueteratae et qua de causa, mente et interpretatione sanctionis Carolinae posthabita, alius succedendi ordo placuerit, difficilis omnino est quaestio. Aliorum equidem opiniones referre nolo, eorum certe interpretatio, quae ex iure Saxonum civili, quod successionem in stirpes ignorat, delata ad collaterales successionem, inde refellitur, quia hoc loco de successionem feudali secundum ius primogeniturae agitur, neque dubium est, quin, primogenitura cese-

E

fante,



sante, fratres fratrumque liberi, illi in capita, hi in stirpes iure lineae simul succedant <sup>1)</sup>. Quam ob rem cum ratio illius decisionis ex iure civili, feudali atque publico promi nequeat, factum aliquod ex quo repetatur, adfit necesse est. Concordi animo fuerunt atque vixerunt Albertus et Wenceflaus, neque ille vnquam de iniuria sibi illata conquestus est, ex quibus colligere mihi videor, pacto conuento inter Rudolphum, Albertum et Wenceflaum hanc successionem statutam fuisse, cui quidem coniecturae, neque enim ex monumentis antiquis id probare possum, inde maximum additur pondus, quod vtrique, successione ad Wenceflaum delata, Electores se vocarunt, vt in communione territoriorum, de qua mox dicam, egisse videantur.

Tertium tabularum nostrarum caput de tutela praecipit, quod a loco nostro alienum hac commentatione illustrare superse-  
deo, sed an haec constitutio pro lege fundamentali adhuc custodiatur, quaeri potest. Ego vero id nullus plane dubito. Etenim hoc priuilegium principatibus atque territoriis Ducum et Electorum Saxoniae, non personis familiaeque datum, ad omnem territorii heredem et successorem transit, vt merito pro lege Ducatus et Electoratus Saxonici aeterna custodiatur, nisi in vno alteroue articulo personarum sit habita ratio, aut derogatio doceatur. Mens enim et ratio priuilegii id docet atque sanctio tabulis subiecta id vberius declarat. Itaque ex hoc priuilegio regulam iuris publici Saxonici constituendam puto:

DUCATUM ET ELECTORATUM SAXONIAE, VO-  
CEM DIGNITATEMQUE ELECTORALEM CUM ARCHI-  
MARESCHALLATU, COMITATUM SAXONIAE PA-  
LATINUM CUM VICARIATU IMPERII ROMANO-  
GERMANICI ESSE INDIUIDUUM, EAMQUE INDI-  
UITATEM AD TERRITORIA DUCATUI ET ELECTO-  
RATUI SAXONIAE IUNCTA ET INCORPORATA EX  
SINGULARI HUIUS PRIUILEGII IURE PROFERRI  
OPORTERE.

Primam huius regulae partem nemo facile in dubium vocabit, sed an indiuiduitas ad futura territoria porrigatur, quaeri potest. Ego  
vero

1) I. FEVD. SAX. c. 34.



vero id ipsum ex vera harum tabularum mente mihi intelligere videor, atque ipse Augustus ius deuolutionis ducatus Lünemburgenſis eodem ſucceſſionis et indiuiduitatis iure complectens, exemplum huius rei dedit illuſtre, quod quamuis exita caruit, regulam tamen confirmat. Pluribus id quidem perſequi nolo, ex ipſa tamen regula intelligitur, ad terras, quas forte Princeps Elector iure proprio poſſidet, id proferri nec poſſe nec debere.

Quod ad ordinem ſuccedendi attinet, non puto uſum aliquem iſtarum tabularum ſuperſeſſe, perſonarum enim fuit ratio habita, ut inde regula confici et ad exemplum trahi nequeat. Ipſae quidem tabulae huic interpretationi repugnare videntur, Auguſtus enim ait: *et talis ſucceſſio ac deuolutio debet, ut praemittitur in omnibus praefcriptis ſine inuouatione perpetuis futuris temporibus inuolabiliter obſeruari*; recte, ſed non ut filius parentis natu maioris in futurum etiam poſtponatur patruo. Hic enim eſt caſus ex ſingulari cauſa definitus, ideoque regulam conſtituere nequit, ſed eodem eueniente caſu ad ordinem ſanctionis lege imperii publica comprehenſae, res et decifio venit, quod ut ne dubitari poſſit, Aurea Bulla Francofurtenſi iſti ordini derogatum et ſucceſſio ex vera legis Carolinae mente in ducatu atque Electoratu Saxoniae recepta fuit.

#### §. VII.

*Hiſtoria ſuffragii Electoralis Saxonici et Archimareſchallatus Imperii regnante Wenceſlao Saxoniae Electore.*

Rudolphus II. Saxoniae Elector anno MCCCLXX. ſine herede feudi obiit, exitumque habuit, quae tabulis Metenſibus definita fuerat ſucceſſio. Wenceſlaus enim, excluſo Alberto, iura Electoratus accepit, ita tamen ut Albertus cum patruo ſuo territorium ac principatum communiter poſſideret. Hanc enim communionem pluribus argumentis mihi intelligere videor. Primum idque fortiffimum argumentum eſt, quod Albertus et Wenceſlaus in iifdem tabulis Principum Electorum titulo uſi fuerunt <sup>1)</sup>. Hoc enim elogium

E 2

1) PEEFFINGERVS T. I. *Viv. Illuſt.* p. 1042. chartas anni 1373. et 1376. excitauit, quibus Wenceſlaus et Albertus, Sacri Romani Imperii Ele



gium non titulum inane, sed territorii ipsiusque dignitatis externae communionem significat, idque, nisi ex conuentione, quam supra diximus, explicari nequit. Ex ira enim et aemulatione atque forte iuris sui tuitione id factum esse, nego, quippe concordia semper vixerunt animo, ut quam viri docti inter vtrumque intercessisse inimicitiam tradunt, ad fabulas omnino ablegandam putem 2). Atque haec ipsa territorii communio ad successionem adeo firmandam pertinere videbatur. Tabulis quidem Metensibus successio Alberti extra dubium posita erat, neque tamen non calumniosa iuris feudalis interpretatione ipsi controuersa moueri potuisset, eaque etiam de causa vtrique communionem statuisse videntur. Pacto enim ius suum in patrum transtulerat Albertus, indeque facile abdicatio omnis successionis contendi potuisset, praesertim cum iure Saxonico quaelibet diuisio, aut feudi in alterum translatio successionem feudi, tollerent. Atque in hunc modum iura et historia congruunt.

Wencellao Electori occasio data fuit exercendi suffragium suum. Cum enim Carolus IV. A. exoptaret, ut Wencellaus filius

Electores appellantur; apud LEIBNITIVM T. II. SS. *Rer. Brunsvic. p. 392. tabula an. 1383. ita insit: Nos Wencelans et Albertus Dei gratia Angariae et Westphaliae, Saxoniae et Lünburg Ducis, Palatini Saxoniae et in Breuen Comites, SACRI ROMANI IMPERII PRINCIPES ELECTORES. STRUVIVS in Corp. Iur. Publ. p. 630. alios quosdam attulit locos.*

2) HOFACKERVS *commenz. de origine et fatis successionis ex iure primogeniturae p. 101. Moruus eras, inquit, anno 1370. Rudolphus II. Saxoniae Elector, superstitis, ex fratre seniore nepote, Alberto, et fratre Wencelao. Lis inter vtrumque de successione oritur, Caesaris iudicio definienda. Decidit vero eam legislator, neque tamen ex successionis linealis principis, cum paruo Wencelao prae nepote ex fratre seniore Electorum adiudicasset. HENRICUS in Hst. Sax. T. I. p. 187. idem refert, sed fidem rei non addidit. HAEBERLINIVS *Histor. Imp. T. IV. p. 23. eandem narrationem amplexus, litem tabulis Francofurtensibus anno 1376. fuisse decisam ait, sed tantum abest, ut id allegatae tabulae probent, ut potius toti narrationi refragentur, neque Acta Electionis Wencelai apud LEIBNITIVM *Cod. Iur. Genz. Dipl. P. II. num. L. p. 260. seqq. neque LENCELINUS de electione Wencelai in Regem Romanorum apud WENCKERUM in *Appar. et Instr. Archiv. p. 219. illius decreti meminit, qui tamen decreti, quo Ludouicus Archiepiscopus Moguntinus pro legitimo Electore declaratus fuit, oblitus non est.****



suis Rex Romanorum crearetur, anno seculi decimi quarti septuagesimo sexto in sede regali ad Rhenſe cum reliquis Electoribus congregatus, suffragium suum direxit in Wenceslaum idque Francofurti solemniter iteravit 3). In qua electione nulla plane Ducum Lauenburgicorum mentio aut contradictio refertur, ut nunc omnis illa de suffragio Electorali contentio sopita fuisse videatur. Albertus, quem in communione ducatus et Electoratus Saxonici cum Wenceslao egisse diximus, nullas in creando Rege Romanorum habuit partes, ex quo intelligitur munera publica soli Electori Wenceslao competuisse, quod non ex hoc actu solum patet, sed ex ipsis etiam rerum gestarum monumentis colligitur. Etenim Archimareschalliam vtrique tributam legere non commemini, Wenceslaus contra, qui principatum in illa ipsa communione tenebat, solus semper dicitur Archimareschallus, in iis adeo tabulis, quibus vterque, patruus et nepos communiter agunt 4). Ex quibus mihi intelligere videor, dignitatem Archimareschalli, propter munus in Rege coronando, precipuam fuisse habitam, a qua ius dandi suffragium in creando Romanorum Rege penderet, quod Aurea Bulla Francofurtensis perspicue his verbis demonstrat: *Sancimus edicto, quod ius, vox, dignitas et potestas eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promovendum, eidem Wenceslao, moderno Duci Saxoniae, tanquam Imperii Sacri Archimareschallo ac Principi Electori hereditibus et successoribus suis legitimis laicis duntaxat ab eo descendentibus, quoties casus huiusmodi electionis emerferit in perpetuum debeat competere, sicut et rite sibi, tanquam Duci Saxoniae ac Imperii Sacri Archimareschallo competit manifeste.* Quare tantum abest, ut ex illa Wenceslai Regis Romanorum electione, in qua

3) cf. *Litterae CAROLI IV. ad Senatum Francofurtensem* apud OLENSCHLAGERUM *Comment. ad A. B. app. num. XIV.*

4) *Tabula foederis* an. 1271. apud GERKENIUM *Cod. Dipl. Brand. T. IV. p. 520.* Wenceslaus et Albertus aiunt: *Wir Wenceslaw des Heil. Röm. Reichs Erzmarschalck und Albrecht unser Vetter von Gottes Gnaden, Herzogen zu Angern, Westfalen, zu Sachsen und zu Lüneburg, Pfalzgrauen zu Sachsen und Grafen zu Brene.* — In litteris de electione Wenceslai, R. R. ad Pontificem Romanum datis, apud STRUVIUM *Historisch-politischen Archiv T. I. p. 49.* Wenceslaus Elector, se Archimareschallum et Principem Electorem vocat solus, quia solus tulerat suffragium.



qua Wenceslaus Elector solus suffragium tulit, atque ex Aurea Bulla Francofurtenfi refelli possit, quam inter Wenceslaum et Albertum statuimus communionem, vt potius data hac exceptione confirmetur, si quis rem tot argumentis atque totius historiae consecutione probatam negare audeat 5). Sed ad ipsam Regis Romanorum electionem redeo.

§. VIII.

*De Aurea Bulla ab Augusto Carolo IV. Electori Saxoniae Wenceslao Francofurti anno MCCCLXXVI. concessa.*

Wenceslaus Elector occasione sibi data vtendum ratus de iure ducatus atque Electoratus Saxonici nouas ab Imperatore impertrahit tabulas, quam vocamus Auream Bullam Saxoniam Francofurtensem. Sunt haec quoque tabulae in iure Saxoniae Germaniaeque publico maximi momenti, earumque frequentior in actis gestisque rerum publicarum intelligitur vsus. Quamobrem hanc etiam chartam pro lege publica atque fundamentali obseruandam puto, vsuque eius non in demonstrandis solum ducatus atque Electoratus Saxonici iuribus cerni, sed decisiones causarum, maxime de successione agitaturum inde promi 1). Hoc igitur iuris publici moni-

5) Ab hac communiōe, quam inter Wenceslaum et Albertum intercessisse diximus, eam secernas, quae legibus moribusque Germanorum omnibus agnatis in feudo competit, quamuis etiam haec in ducatu Saxoniae negari nequeat, quod vel solae tabulae an. 1389. apud GERKENIUM *Cod. Dipl. Brandenb. T. IV. p. 524.* demonstrant. Tales agnati autem nunquam Electores vocantur, ideoque alia inter Wenceslaum et Albertum communiō, intercesserit oportet.

1) Vehementer olim inter Duces Saxoniae Altenburgensem et Vinarientem disceptatum fuit, vtrum ius lineae an maior aetas praeualeret. Scripta in vtramque partem edita, recensuit KREYSIGIUS in *Bibl. Hist. Saxon. Super. p. 215.* Decisio causae tam grauis tamque arduae ab interpretatione Aurearum Bullarum, quarum historiam enarrauimus, pendebat, Rudolphus II. A. die XVII. Septembris an. MDCVII. decidit litem ex Aureis Bullis Saxoniciis, veram mentem et rationem legum ordinemque primogeniturae fecutus. *Charta iudicari legitur apud LÜNIGIUM Arch. Imp. Part. Spec. sub Saxonia p. 124.*



monimentum a libello nostro abesse nolumus, exemplum notulis ad-  
 sperbis addam <sup>2)</sup>, verba haec sunt: *Carolus quartus, Divina fauente*  
*clementia Romanorum Imperator, semper Augustus, et Bohemiae Rex,*  
*ad perpetuam rei memoriam. Quamvis sublimitas Caesareae dignitatis,*  
*in qua conditor orbis Nos suae pietatis clementia feliciter collocavit, iu-*  
*giter mentem nostram sollicitet, ut cura pervigili, et laborum studiis ac-*  
*curatis, nostrorum et Imperii sacri fidelium amputemus incommoda, eis-*  
*que desideratae pacis amoenitatem salubriter procuremus: feruentiori*  
*tamen affectu cor nostrum accenditur penes ea, quae sacri decus Imperii,*  
*et illustres ipsius Principes Electores, quadam singularitate concernunt,*  
*eos praecipue, quos generis nobilitas, multiplicia virtutum insignia, et*  
*praeclara fidei deuotio, laudabilius recommendant.*

*Sane sicut alias a Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobili-*  
*bus, Proceribus, ac multis aliis nostris, et Imperii sacri fidelibus, in-*  
*formationem certissimam, et luce testimonia clariora accepit Caesarea Cel-*  
*studo, qualiter felix memoriae illustris Albertus quondam Saxoniae*  
*Dux cuius illustris Wenceslai moderni Ducis Saxoniae, Sacri Imperii*  
*Archimareschalli, et Principis Electoris, nec non Lüneburgensis Ducis,*  
*auunculi nostri carissimi, velut Archimareschallus eiusdem Imperii et ve-*  
*rus Princeps Elector, voluntate, consensu, et votis aliorum suorum Coo-*  
*lecto-*

<sup>2)</sup> Textum edidit GOLDASTVS T. VII. *Const. Imp.* p. 372. FREHE-  
 RVS in *Comment. ad A. B. cap. VII.* atque in *Repraesentatione Reipubl.*  
*Germ. p. 605.* ex quibus LÜNIGIVS *Archiv. Imp. P. Spec. Cont. II.*  
*p. 186.* eundem expressit, *Corpori iuris gentium* inleruit DVMONTIVS  
 atque GRIBNERVS *dissertationi laudatae p. 81.* adiecit. SPALATI-  
 NVS apud HORDLEDERVM c. 2. p. 621. eius vltim iam docuit.  
 Versionem Germanicam apud HORDLEDERVM c. 1. p. 621. a Spalatino  
 allatam et a GOLDASTO P. II. *der Reichsstatzen* p. 76. insertam pro  
 authentica non habeo, ideoque sine iactura legentium a libello nostro  
 abesse poterit, vt taceam non esse plenam, sed contractam. HORD-  
 LEDERVVS *Lib. IV. cap. 23. p. 623.* secuta, inquit, statim anno 1376.  
*Caroli IV. Bulla Francofurtensis Saxonica et Wenceslai Aquigranensis eo-*  
*dem anno ibidem data V. Idus Iulii ipsa coronationis die. De Aurea Bulla*  
*Wenceslai R. R. Aquigranensi, Wenceslao Electori Saxoniae data, nihil*  
*reletum reperi, neque PELZELIVS in Vita Wenceslai R. R. T. I. p. 54.*  
*seq. in tabulis a Wenceslao R. R. die coronationis expofitis bullae Saxo-*  
*nicae Aquigranensis meminit.*



lectorum Principum unanimiter accedentibus, clarae memoriae Serenissimos quondam, Rudolphum, Adolphum et Albertum, eiusdem Rudolphi filium, Ducem Austriae, Romanos Reges, praedecessores nostros, quadam consequentia ordinata, rite et rationabiliter, iuxta debitam Sacri Romani Imperii obseruantiam, in Romanorum Reges elegit, ad Imperatoriam Celsitudinem promouendos; et post obitum ipsius Alberti, Romanorum Regis, dum aliquandiu nonnullis erroribus sacrum Imperium fluctuaret, reuolendae memoriae Rudolphus, quondam Saxoniae Dux, dicti Ducis Alberti filius, et moderni Wenceslai, Saxoniae et Lunenburgensis Ducis pater, celebris recordationis Serenissimum Principem Henricum, auum nostrum dilectum, cum suis Colectoribus in Romanorum Regem dinoscitur elegerisse; qui etiam auus noster post electionem eandem adeptus fuit feliciter Caesaream dignitatem cumque manifestissimum exisset, et longe lateque per orbem terrarum lucidissime divulgatum, nec unquam possit in dubium reuocari, quomodo etiam dictus Rudolphus, quondam Saxoniae Dux, moderni Wenceslai Ducis Saxoniae et Lunenburgensis pater, felicibus nostris temporibus cum caeteris suis Colectoribus Sacri Imperii, Nos in Romanorum 3) Regem elegit solemniter, prout etiam post eandem electionem, auspice Deo, in Romanorum Imperatorem sumus promoti, et feliciter coronati; quemadmodum haec omnia et singula Principum et fide dignorum multorum sunt testimoniis fidelibus approbata. Eiusdem Wenceslai, moderni Saxoniae, Sacri Imperii Archimareschalli et Principis Electoris, nec non Lunenburgensium Ducis, tam claro, tamque manifesto et notorio iure considerato, inspecto nihilominus diligentius, et

3) Nulla in his tabulis Rudolphi II. Electoris Saxoniae fit mentio, neque enim vlli electioni Regis Romanorum interfuit, quanquam in curia Mentensi solemniter archiofficio functus fuit. Altera ex iure feudali dari patet ratio, quia omnis feudorum successio a maioribus repetitur, vt Rudolphi II. fratris mentio necessaria non videretur. Atque ni fallor, subest alia etiam causa. Cum enim Wenceslaus praeterito Alberto, pro Electore haberetur, vt ne hic casus in praedictum posteritatis vergeret etque ius succedendi a possessore ducatus et principatus ad iuniorum fratrem, praeterito senioris fratris filio, delatum adiret, cautelae gratia, Rudolphum II. Electorem omittere placuit, vt totius ordinis schemata, omisso inuerti ordinis casu, ante oculos poneretur, quod ideo etiam consultius visum, quia ordo succedendi ex iure primogeniturae secundum praerogatiuam natalium his tabulis clarissime demonstratur.



et pensato, qualiter idem Wenceslaus modernus, tanquam Dux Saxoniae, Sacri Imperii Archimareschallus et Princeps Elector, cum aliis Principibus et Coelectoribus suis, et ipsi cum eo, Serenissimum Principem, Dominum Wenceslaum, Regem Bohemiae, primogenitum nostrum carissimum, in Romanorum Regem unanimitet et concorditer in Ecclesia collegiata Sancti Bartholomaei Francensurtenis Moguntinensis dioeceseos, nullo penitus reclamante, spiritus sancti gratia inuocata hodie elegerunt: Quodque praefati Albertus auus et Rudolphus pater dicti Wenceslai, quondam Saxoniae Duces, diuturna temporum praescriptione inconcussa habuerunt et possederunt legitime, prout etiam ipse Wenceslaus in praesentiarum ad instar illorum ex successione paterna et hereditaria, dinoscitur iusto titulo possidere ius, vocem, dignitatem, et potestatem eligendi Rom. Regem in Imperatorem promouendum. Sano tam ecclesiasticorum quam secularium Principum Sacri Imperii Electorum consilio et consensu accedente, non improvide neque per errorem, sed animo deliberato, aliorum etiam plurimorum ecclesiasticorum et secularium Principum, Baronum, Nobilium, et Procerum Nostrorum, et Imperii sacri fidelium, maturo communicato consilio, cupientes auctore Domino, futuris obuiare periculis, et materiam omnium succidere dubiorum, de certa nostra scientia, et plenitudine potestatis Caesareae, in his scriptis pronunciamur, decernimus, statuimus, declaramus, et etiam hoc Imperiali perpetuo ualituro sancimus edicto, quod ius, vox, dignitas, et potestas eligendi Romanorem Regem in Imperatorem promouendum, eidem Wenceslao, moderno Duci Saxoniae, tanquam Imperii sacri Archimareschallo, ac Principi Electori, heredibus et successoribus suis legitimis, laicis duntaxat, ab eo descendentibus, quoties casus huiusmodi electionis emerferit, in perpetuum debeat competere, sicut et rite sibi tanquam Duci Saxoniae ac Imperii sacri Archimareschallo competit manifeste, atque ipse uelut Saxoniae Dux, Sacri Romani Imperii Archimareschallus uerus et legitimus Princeps Elector, et post obitum eius, heredes et successores sui legitimi, modo et forma submissis, Ducatum, Principatum, et Comitatum Palatinum Saxoniae, ac Archimareschalliam Imperii sacri, cum omnibus et singulis eorum terris, dominiis, proprietatibus, uasallagiis, libertatibus, honoribus et pertinentiis, in quibuscunque rebus consistant, et quibuscunque specialibus possent uocabulis designari, nec non ius, vocem, dignitatem, et potestatem eligendi Romanorem Regem in Imperatorem promouendum, sine impedimento quolibet debeant obtinere.

F

Et



Et ne inter heredes et successores ipsius, eo defuncto, super iure huiusmodi, futuris temporibus dubitationum, quaestionum seu litium quaevis materia oriatur, decernimus, statuimus, et praesenti imperiali sancimus edicto in perpetuum valituro, quod post obitum dicti Wenceslai Saxoniae moderni, et Luneburgensis Ducis, primogenitus eius filius, et post primogeniti eius obitum eiusdem primogeniti seniori filius ex ordine geniturae, et sic deinceps a seniore filio descendentes, ex ordine geniturae semper senior; si vero primogenitus Ducis Wenceslai praesati decesserit, masculini sexus, laicis duntaxat, legitimis heredibus non relictis, ex tunc secundo genitus filius Wenceslai Ducis praedicti, et post obitum eius secundo geniti filius senior, laicus; et si secundo genitus sine heredibus legitimis, masculini sexus, laicis decesserit, tertio genitus dicti Wenceslai et senior eius filius laicus, post mortem ipsius, et deinceps per talem modum, ad directa linea geniturae descendentes ab eo, laici duntaxat, ius, vocem, dignitatem, et potestatem eligendi Romanorum Regem, promovendum in Imperatorem, et officium Mareschalliae, cum omnibus et singulis suis dominis, honoribus, iuribus, privilegiis, dignitatibus, et pertinentiis, perpetuis temporibus obtinebunt, per successionem hereditariam et paternalem, ut praemittitur ex ordine geniturae 4).

Si vero praesatum Wenceslaum, modernum Saxoniae et Luneburgensem Ducem, sine legitimis masculini sexus heredibus, laicis, de lumbis eius directa linea geniturae descendantibus, mori contingeret, ex tunc Principatus et Comitatus Palatinatus Saxoniae, nec non Archimareschallia Sacri Imperii ac ius, vox, dignitas et potestas eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promovendum, ad illustrem Albertum, filium Ottonis quondam Ducis Saxoniae, Ducem Sax. et Luneburgens. modernum, patrum 5) eiusdem Wenceslai Ducis Saxoniae et Luneburgensis,

4) Wenceslaus Elector tres filios procreaverat, ad quos hic successiois ordo adcommodari poterat, hoc ipso loco autem tabulis Metensibus, si quis contendere velit illum in universae successiois casum pro regula poni, derogari, nemo forte negabit. Itaque non potest non omnis de lenioratu disputatio cessare.

5) Verborum significationes expendere et illustrare necessarium non puto, hic tamen monendum est patrum Wenceslai Electoris Albertum non fuisse, sed Wenceslaum Alberti patrum, exemplaria tamen, quae mihi



fit, et ad ipsius legitimos heredes masculini sexus, laicos duntaxat deuoluantur, ita videlicet, quod post eiusdem Alberti obitum, primogenitur eius filius, et post primogeniti eius obitum, eiusdem primogeniti senior filius ex ordine geniturae, et sic deinceps a seniore filio descendentes, ex ordine geniturae semper senior; si vero primogenitus Ducis Alberti praefati decesserit, masculini sexus, laicos duntaxat heredibus non relictis, ex tunc secundo genitus filius Alberti Ducis praedicti, et post obitum eius secundo geniti filius senior, laicus; et si secundo genitus sine heredibus legitimis, masculini sexus, laicos decesserit, tertio genitus dicti Alberti, et senior eius filius laicus, post mortem ipsius; et sic deinceps per talem modum directa linea geniturae descendentes ab eo, laici duntaxat, ius, vocem, dignitatem et potestatem eligendi Romanorum Regem, promouendum in Imperatorem, ac officium Archimareschalliae, cum omnibus et singulis suis dominiis, honoribus, iuribus, priuilegiis, dignitatibus et pertinentiis, perpetuis temporibus obtinebunt, per successionem hereditariam et paternalem, ut praemittitur, ex ordine geniturae <sup>6)</sup>. Quibus omnibus non extantibus ad proximiorum heredem, secundum lineam paternalem, duntaxat laicum, seniore Ducem Saxoniae pro tempore, ac eius heredes, secundum eundem modum superius expressatum, in perpetuum legitime deuoluentur <sup>7)</sup>.

F 2

Et

mihî in manus venire, legunt paruum, ut scribens erroris aut in verbo aut in verbi significatione recte arguatur, nisi patrum in sensu latiore pro quouis agnato acceperis, quod in hoc loco sequendum puto.

- 6) Albertus erat orbis, ideoque ordines hos ad liberos eius applicari non posse, intelligitur, sed exemplis demonstrari ordinem ex iure primogeniturae, quod quia in tribus Wenceslai filiis iam factum fuerat, ideo repetitum fuisse videtur, ut ne ordo iste ad filios Wenceslai restringeretur. Derogari igitur tabulis Metensibus, nemo facile ibit infitias.
- 7) Nouus successionis gradus his verbis definitur, statuiturque solos descendentes succedere, qui in proposita specie, collaterales defuncti possessoris sunt. Duo autem adesse debent in eo, qui ad successionem ducatus et Electoratus aspirat, primum, ut proximior sit secundum lineam paternalem, quibus verbis proximior agnatus significatur, ita ut agnatio quidem a parente communi deducatur, proximitas autem cum defuncto spectetur, deinde ut sit senior, non annis solum, sed inter plures eodem gradu constitutos. Modus autem et ordo succedendi ex schematibus

bus



Et talis successio et deuolutio, ne in his committantur errores futuris temporibus, debet, vt praemittitur, in omnibus praescriptis et singulis, sine inuolutione perpetuo inuolabiliter obseruari<sup>s</sup>): taliter videlicet, quodsi aliquem ex iis modo praemisso, ab hac luce migrare contingeret, qui masculini sexus heredes legitimos, laicos, post se relinqueret, debita patientes aetatis defectum, ex tunc senior frater, nepos, aut consanguineus, proximior in linea geniturae, si frater non extiterit eiusdem defuncti, laicus duntaxat, dicti pupilli et iuuenis, ad quem praescripta deuolentur, de iure tutor esse debet et curator tam diu donec debitam pertingat aetatem, cui etiam iuueni, quam cito aetatem et potestatem praedictae electionis, ac omnia et singula ab ipsis dependentia, idem tutor sine difficultate et renitentia qualibet, tenebitur et debebit protinus assignare. Aetatem autem debitam in hoc casu, eligendi videlicet Romanorum Regem in Imperatorem promouendum, decem et octo annorum censeri volumus et haberi. In principatibus autem, ducatibus et dominiis aliis temporalibus gubernandis, aetatem obseruandam decernimus, prout a diuis Romanis Imperatoribus et Regibus, nostris praedecessoribus est sancitum.

Porro ne super iure, voce, dignitate, ac potestate electionis huiusmodi, nec non Ducatu, Principatu, et officio Archimareschalliae praedicto, villo vnquam tempore, contingat scandala suscitari, vel attentari valeant nouitates, de Imperatoriae plenitudine potestatis, et de certa scientia, omnia et singula praemissa, prout in suis clausulis, membris, articulis, atque punctis, superius designantur, auctorifamur, approbanus, ratificamus et tenore praesentium de certa nostra scientia confirmamus. Insuper Wenceslao et Alberto, modernis Ducibus Saxoniae et Lunenburgensium praedictis, nec non eorum heredibus et legitimis successoribus, quemadmodam prius donauimus, sic huiusmodi donationem iterum innovantes, damus, conferimus, concedimus, et donamus auctoritate Imperiali

bus supra traditis repeti debet, ex quibus sequitur, vt seniore mortuo, relicto tamen feudi herede, non qui cum defuncto in eadem generatione eodemque gradu est, sed senioris iam praemortui heres ac posteritas, lineae seu natalium paternorum iure vocetur. Clarius atque distinctius modus succedendi ex iure primogeniturae certe explicari nequit.

§) Haec sanctio non docet solum hanc tabulam pro lege aeterna oportere custodiri, sed ne mutari quidem posse, vt lex in hunc modum toti posteritati scripta habeatur.



riaki praedicta, Ducatum et Principatum Luneburgensem, cuius, auctore Deo, possessionem iam obtinent, cum omnibus et singulis eorum terris, ciuitatibus, castris, oppidis, fortalitiis, dominiis, proprietatibus, vasallagiis, iuribus, iurisdictionibus, vsibus, utilitatibus, fructibus, redditibus, prouentibus, emolumentis, libertatibus, vsufructibus, attinentiis, appendicibus, et pertinentiis vniuersis, in quibuscunque consistant, quibusue possint specialibus et exquisitis vocabulis designari, nihil prorsus excluso, prout Ducatus et Principatus Luneburg: praedictus in suis finibus, terminis, limitibus, et grantiis circumferentialiter antiquitus est distinctus, non obstantibus legibus, iuribus communibus, municipalibus, et priuatis consuetudinibus, priuilegiis, vel statutis quibuscunque in contrarium editis et seruatis, etiamsi forent talia de quibus specialis et expressa praecedentibus esset mentio facienda; quibus omnibus et singulis, in quantum praemissis, aut eorum alicui possent quomodolibet obuiare, de dictae plenitudine Imperatoriae potestatis praesentibus et omnimode derogamus, suppletentes de praefatae Imperatoriae potestatis plenitudine omnem defectum, si quis in praemissis, aut eorum aliquo, ex verborum defectu, sententiarum obscuritate, solemnitatis omissione, seu alio quouis modo nunc et in antea reperiretur admissus.

Nulli ergo penitus hominum liceat, hanc nostrae pronuntiationis, decreti, statuti, declarationis, sanctionis, authorisationis, approbationis, applicationis, ratificationis, et confirmationis paginam infringere, aut ei ausu temerario quomodo libet contraire, sub poena mille marcarum auri purissimi, quas ab eo, qui contra fecerit, toties, quoties fuerit contra factum, irremissibiliter exigi volumus, et eorum medietatem Imperialis nostrae Camerae fisco, residuam vero partem iniuriarum passorum vsibus applicari.

Signum Serenissimi Principis et Domini, Domini Caroli quarti Romanorum Imperatoris inuictissimi, et gloriosissimi Bohemiae Regis.

Testes huius rei sunt, Venerabiles, Ludouicus, Moguntinensis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam, Fridericus, Colonienfis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Italiam, et Cuno, Archiepiscopus Treuirensis, Sacri Imperii per Galliam et regnum Arelatense, Archicancellarius; Illustres, Rupertus senior, Comes Palatinus Rheni, Sacri Imperii Archidiaconus et Dux Bauariae; Sigismundus, Marchio Brandenburgensis, Sacri Imperii Archi-Camerarius, Principes Electo-



res 9): *Venerabiles, Ioannes Archiepiscopus Pragensis, Apostolicae sedis Legatus; Theodoricus Metensis, et Eckhardus Wormatiensis, Ecclesiarum Episcopi: Spectabiles, Eberhardus de Wirtenberg, Theodoricus de Kathenelbogen, et Henricus de Spannheim, Comites: Nobiles Petrus de Wartenberg, dictus de Chosta, Imperialis Curiae nostrae Magister: Thimo de Colditz, Camerae nostrae Magister, et alii quam plures nostri et Imperii Sacri Principes, Nobiles et fideles. Praesentium sub Aurea Bulla, typario nostrae Maiestatis impressa testimonio literarum. Datum Franckensford super Mogano anno Domini 1376. Indictione quarta decima, quarto Idus Iunii, Regnorum nostrorum anno tricesimo, Imperii vero vicesimo secundo. Et nos Ludouicus Dei gratia Moguntinensis Ecclesiae Archiepiscopus, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archi Cancellarius recognouimus.*

§. IX.

*Continuatur historia suffragii Electoralis Saxonici et Archimareschallatus Imperii vsque ad interitum stirpis Ascaniae in linea Albertina.*

Albertus secundo geniti Ottonis filius regnante adhuc Wenceslao Electore, anno 1385. decessit, atque ipse Wenceslaus Elector naturae debitum reddidit anno seculi decimi quarti octuagesimo octauo, tribus superstitis filiis, quorum iunior patri cognominis iam anno MCCCCII. fato functus est, Rudolpho et Alberto se inuicem in successione excipientibus. Rudolphus III. Wenceslai primogenitus, exclusis fratribus in ducatu Saxoniae iuribusque eius atque Principatibus tam ex Sanctione Carolina, quam ex tabulis Praegen-

9) Deest igitur subscriptio Regis Bohemiae, nec in ipso diplomate, quod in Aurea Bulla Saxonica Metensi obseruauimus, vti Rex Bohemiae consensum suum declarauit. GRIBNERVS ad Auream Bullam Metensem §. IX. p. 25. Ludouicum Moguntinum, Fridericum Coloniensem, et Sigismundum Brandenburgensem, Principes Electores litteris sigillatim consensum suum Electori Saxoniae Wenceslao Francofurti IV. Id. Iun. an. 1376. declarasse refert, de ipsa re equidem non dubito, sed qua fide id narretur, et vbi reperiantur ipsae litterae, neque apud Gribnerum neque apud alios historiae Saxonicae scriptores legere memini.



gensibus, Metensibus et Francofurtensibus successit, atque iura Electoratus in Germania sine omni controuersa exercuit. Etenim in conuentibus Principum Electorum de Wenceslao Romanorum Rege exauctorando suas egit partes, suffragiumque in creandis Romanorum Regibus, praesertim Iodoco Morauo et Sigismundo, tulit. More seculi atque ex iuris feudalis necessitate inuestituram ab Imperatore Sigismundo super iuribus atque Principatibus suis impetrauit. Potuisset igitur suis iuribus suaque possessione contentus Albertus III. Elector et munera exercere sua et regere Principatus, sed vestigiis maiorum suorum insistens, tabulas a Sigismundo A. anno 1414. impetrauit, quibus et iura sua et successio et tutela ex mente priorum tabularum firmarentur <sup>1)</sup>. Expressae sunt ex diplomate Francofurtano, ideoque nec in hac charta mentio fit Rudolphi II. patris, sed successio ab Alberto II. atquo, Rudolpho I. auo, Wenceslao patre ad nostrum Rudolphum III. deriuatur, nec in reliquis articulis aliquid innouatum reperio, nisi quod expressis verbis in constituenda successione fratrum Principis Electoris mentio fiat. Itaque tabulam hanc obseruationibus illustrare supercedeo, inferam tamen libello nostro, vt ne hoc quidem monumentum desideretur. Formula haec est: *Wir Sigmund von Gottes Gnaden Römischer König zu allen Zeiten Mehrer des Reichs und zu Vngern, Dalmacien, Croatien etc. König, bekennen und thun kund offenbar mit diesem Brieffe allen denen, die ihn sehen oder hören lesen. Allein die hohe Königl. Würde dazu der Schöpfer der Welt uns mit seiner milden Güte seliglich gesetzt hat, unser Gedank stetiglich daran heldt, das wir mit fleißiger Arbeyt und Sorge vorkürtzen und abewenden, unser und des heiligen Reichs gethreuen, Ungemach, und inen des wehrten frieden Lust heylsamiglich schaffen, jedoch wird unser Hertz mit hitziger Begierung entzündt, zu den sachen und Dingen, die des Heiligen Reichs*  
*Ere*

1) Tabulis anno 1414. Electori Saxoniae a Sigismundo A. datis literas Principum Electorum consensuales accessisse, Ioannis Archiep. et El. Moguntini, Weneri Archiep. et El. Treuirensis, Dieterici Archiep. et El. Col., tradit MÜLLERS in *Annalibus Saxonie. ad an. 1415. p. 8.* porro Ludouici Electoris Palatini, IOANNES ad *Serrarium Lib. V. Rer. Mogunt. p. 729. no. 10.*



Ere und die erleuchten, desselben Reichs, Chur Fürsten sonderlichen anlangen, mit Namen die den Adel des Geschlechts und Manigvalde Zierhaid der Tugendt und luter Andacht des Glaubens löblichen preisen. Wan nu vormals unser Königl. Werdigkeit luterlich unterwist ist von claren Gezeugnisse der Fürsten, Graven, Frien, Edelen Herrn und viel andern unsern und des Heil. Reichs Getreuen, wie das seliger Gedächtnisses etwa der Hochgeborn, Albrecht Herzogk zu Sachsen Ober - Alder Vater des Hochgebornen Izigem Rudolffs zu Sachsen und Lüneburg Herzogen, des Heil. Reichs Ertz Marschalck desselben Reichs und warer rechter Chur Fürste, mit Willen und Vollwort ander seiner Mit Churfürsten, clarer Gedächtniss, die Aller Durchlauchtigste etwan Rudolffen, Adolffen und Albrechten desselben Rudolffen Sone, Herzogen zu Oesterreich, Unsre Porfarer, Romischen Kunigen, nach einander ordentlich, vor Zeiten recht und redlich nach Gewohnheit und Haldunge des Heil. R. Reichs, zu Römischen Kunigen künfftigen Keysern gekoren hat, und nach desselben Albrechts Röml. Kunigs Toade, als das Riche etwa lang grossen Irrungen und Wiedernissen undergelegt was, der Hochgebohrne Rudolph etwan selicher Gedächtniss Herzogk zu Sachsen des vorigen Herzogk Albrechts Sone und des Izigem Rudolffs elder Vater seliger Gedächtnis, den Aller Durchlauchtigsten Fürsten Heinrich unsern lieben Ober Elder Vater mit andern seinen Mit Kur Fürsten zum Römischen Könige gekoren hat, Als auch nach solcher Kur derselber Unser Elder Vater zum Römischen Keyser seliglich wart gekrönet; Wann auch unzweifelich, offenbar und kunt ist, wie derselbe Rudolph etwan Herzogk zu Sachsen des izigen Rudolphs Herzogen zu Sachsen und zu Lüneburgk elder Vater mit andern seinen Mit Kurfürsten den Aller Durchlauchtigsten Fürsten, etwan Herrn Karl Römischen Kayser unsern allerliebsten Vater gekoren hat, zum Römischen Kunige, als ehr auch nach solcher Kure gekoret wart seliglich zu Römischl. Keyser, als das alles mit Gezeugnisse der Fürsten und Herren und viel ander glaubwürdiger und gemeynen Gerüfste beweret ist; Hierumb merklich angesehen, so offenbar und kuntlich recht des vorgeannten Izigem Rudolphs Herzogen zu Sachsen und Lüneburgk des Heil. Reichs Ertz Marschalck und Churfürsten und auch fleißig betrachtet, wie das auch der Hochgeborne Wenzlaw Herzog zu Sachsen des vorgeannten Izigem Herzogen Rudolphs Vater den Aller Durchlauchtigsten Herrn Wenzlaw König zu Behem unsern lie-



lieben Bruder, als eyn Herzogk zu Sachsen und des H. R. Reichs Erz  
 Marschalck und Churfürst mit andern synen Mit Kurfürsten und sie mit  
 ihm zu Römischen Könige gekoren haben, und wie auch darnach derselbe  
 Izige Rudolff mit andern synen Mit Kurfürsten und sie mit In, in kurz  
 vergangenen Ziten, uns zu Römischen Könige gekoren haben, als wir  
 auch nach solcher Kure an diesem heutigen Tage alhier zu Ach mit grof-  
 ser Zierhiet zu Römischen Könige erlich gesalbet und gekronet sein, und  
 das die vorgenannten Abrecht, Ober Elder Vater, Rudolph, elder Va-  
 ter und Wenzlav, Vater desselben Izigen Herzogen zu Sachsen, von al-  
 der, langer, rechter verwerter Zyt gerulich mit Recht gehabt, und beses-  
 sen haben, als auch derselb Izige Herzogek Rudolph desglichen von Vä-  
 terlicher und erblicher Nachvolge wegen, mit eynen rechten Titul Izsundt  
 hat, und besizet, das Recht, Stimme und Würdigkeit und auch Macht  
 zu kiesen den Römischen König, künsttigen Keyser, begerende mit Hül-  
 fe Gottes künsttigen Schnden zubegegen und zuverkürzen und abzulegen  
 alle Sachen des Zweifels, mit guthen Vorrathe der Heil. Röml. Reichs  
 Geistliche und Weltliche Chur Fürsten, Fürsten, Graven, Edeln, Frien-  
 und Gethreuen, von rechten Wissen und von Königl. Röml. Macht Voll-  
 kommenheite, sprechen Wir mit diesen Brieff und wollen, setzen, de-  
 clariren und sprechen aus mit diesen Königlichen ewig tugenden Ge-  
 botte, das das Rechte, Stimme, Würdigkeit, und Macht zu kie-  
 sen eynen Römischen Königek künsttigen eynen Keyser Demselben Izigen Ru-  
 dolff Herzogen zu Sachsen, als des Heil. Röml. Reichs Erz - Mar-  
 schall und Churfürsten und seynen rechten Erben und Nachkommen,  
 Leyen allein die von Ihm stüngen, als offst, als die Sache solcher Kure be-  
 dürfen wirdet, ewiglich gebüren soll, Als Im das auch als eyn Herzog  
 zu Sachsen und der Heil. Reichs Erz Marschalck offentlich von Recht ge-  
 bühret, und derselb izige Rudolph als eyn Herzog zu Sachsen und der  
 Heil. Römischen Reichs Erz Marschalck, und als eyn warer und rechter  
 Chur Fürst, und nach snem Tode seine rechten erben und Nachfolger, in  
 dieser nachgeschribenen Wiss und Forme, die Herzogthum, Fürstenthum  
 und Pfaltz Graffschast zu Sachsen, und Lüneburgck, und auch das  
 Erz Marschalck Amt des Heil. Röml. Reichs, die wir Im an diesen heuti-  
 gen Tagck alhie zu Ach zu rechten Lehen genediglich geliehen haben, und  
 die ehr als sich das gebühret, mit sonderlichen Fahnen und Panieren von  
 uns zu Lehen empfangen hat, mit allen und iglichen Iren Landen, Her-  
 schafften, Manschafften, Friheden, Eren, Würden, Euyensichafften und  
 Zuge.



Zugehörungen, in welcherlei Dingen di findt, und wie man die mit besondern Namen oder Worte benennen magck, und auch das Recht, Stimme, Würdigkeit und Macht zu kiesen eynen Römischen König, künfftigen Keyser, on allerley Hindernisse, haben und behalten solle. Vnd uff das dazwischen seinen Erben und Nachvolgern nach seinen Tode umb solch Recht in künfftigen Zeiten keynerley Zweyffel oder Zweytracht entspriessse, Sezen Wir, wollen und gebieten mit diesen Königlichen Gebotte, das ewigck tügen soll, das nach des genannnten Iszigen Rudolffs Herzogen zu Sachsen und Lüneburgck Tode, sein erstgeborner Son, und nach des erstgeborenen Tode, desselben erstgeborenen eldster Sun, uff Ordnung der Geburt, und also darnach, die uff Ordnung der Geburt von den eldisten Sönen kommen, allezeit der eldiste, verfürbe auch der erstgeborne Sone Rudolffs Herzog zu Sachsen, vorgeannt on rechte Erben, Mannes Geschlechte, Leyen, von seinen Leibe geboren, so soll der andergeborene Sone desselben Rudolffs und nach des Tode des andern gebornen eldister Sone der Leye, und wer, das der andergeborene Son on recht Erbin Mannes Geschlechte von seinen Leibe gebornen Leyen abgünge, so soll der dritte geborne Son des vorgeannnten Iszigen Rudolffs Herzogen zu Sachsen und des dritten gebornen eldiste Sone der Leye nach seinen Tode und also darnach in solcher Weise, die in der rechten Linien von Ihm kommen, die Leyen sind, solch Recht, Stimme, Würdigkeit, und Macht zu kiesen eynen Röml. König künfftigen Keyser und das Erz Marschalck Amt, und die Herzogthumb, Pfalz Graffschafft zu Sachsen und Lüneburgck mit allen und Iglichen Iren Herrschafften, Rechten, Ehren, Würden, Privilegien, Priheiden und Angehörungen zu ewigen Ziten haben und behalten, von erblicher Vetterlicher Nachvolge als oben beredet ist, uff Ordnung der Geburth. Geschehe aber, das der vorgeannnte Iszige Rudolph Herzog zu Sachsen und Lüneburgck verfürbe, on rechte Erben, Mannes Geschlechte von seinen Leibe geboren in rechter Linie der Geburth, so sollen die Herzogthumb, Fürstenthumb, Pfalz Graffschafft zu Sachsen und Lüneburg, auch des Heil. Richs Erz. Marschalck Amt und das Recht, Stimme, Würdigkeit und Macht zu kiesen einen Röml. Königck kommen und gefallen an den Hochgebornen Fürsten Abrecht seynen Bruder und des rechte Erben, Mannes Geschlechts, die Leyen sint, Also das nach desselben Abrechts Tode sein erstgeborner Son und nach des Tode, des erstgeborenen eldister Sone uff Ordnung der Geburt, und also darnach die von dem eldisten



Sone kommen uff Ordnung der Geburth atzeit der eldste; Wer aber, das der erstegeborne des vorgenannten Herrn Albrechts verstürbe one recht Erben, Manns Geschlechts von seinen Libe geboren, Leyen, so soll der andre geborn Son des vorgenannten H. Albrechts und nach des Tode desselben andern geborn Sone eldster Sone der Leibe sey; und wer es das der andre geborne Sone on Erben, Manns Geschlecht Leyen von seinem Leibe geboren abginge, so soll der drittgeborne Sone des vorgenannten H. Albrecht und des eldster Sone nach seinen Tode, und also darnach in solcher Wisse die von den kommen in rechter Linie der Geburt die Leyen sint, allweg der edelste, solch Recht, Stimme, Wirdigkeit und Macht zu kiesen einen Röm. Königck, künsttigen Keyser, und auch die Herzogthumb, Fürstenthumb, Pfalz. Graffschafft zu Sachsen und Lüneburgck und auch das Erz Marschall Amt des Heil. Röml. Richs mit allen und iglichen iren Herschaften, Eren, Rechten, Wirden, Privilegien, Freiheiten und Zugehörungen zu ewigen Zeiten haben und behalten, von veterlicher und erblicher Nachfolge uff Ordnung der Geburth als oben berührt ist, Und wenn die alle verstorben sind, so sollen sie kommen und gefallen an den nechsten Erben nach dem Rechte veterlicher Linie der Leye, den eldsten Herzoge zu Sachsen und sin Erben nach der obgeschriebenen Wisse. Und in solcher Nachvolge und Anfall, das in künsttigen Zeiten daran kein Irfall geschehe, soll es also als oben geschrieben ist, in allen und in ieglichen Artickeln unverryckt ewiglich gehalten werden. Verfürbe auch einiger von ihnen, der rechte Erben Manns Geschlechts Leyen hinter sich kiese, die zu iren rechten Jahren oder Alder nicht kommen weren, so soll des Verstorben eldster Bruder der nechste Neve oder Mage in der Linien der Geburt der Leye sey, ob der Bruder nicht were, des Kindes oder Jungen, an den solch oben geschriebenes Recht, Stimme, Wirdigkeit und Macht zu kiesen gefallen were, von Recht daran und andern Sachen Vormünder und Verweser seyn, als lange bis das Kind zu seynen rechten Jahren oder Alder komme, und wie schier das Kind zu seinen rechten Alter kommet, so soll In der Vormund solch Recht, Stimme, Wirdigkeit und Macht zu kiesen und alle und iegliche andre Rechte ohne Widerspruch genzlich abgetreten und in antworten. Und recht Alter einen Römischen König zu kiesen wollen Wir das Achtzehn Jar sin solln, aber Herzogthumb, Fürstenthumb und andere weltliche Herrschafft zu verweisen, wollen Wir das solch Alter gehalten werde, als von unsern Vorfaren Röm. Keysern und Königen ersatz ist. Fürbass mehre, uf das umb solch Recht,



Recht, Stimme, Würdigkeit und Macht solcher Kure, Herzogthumb, Fürstenthumb, Ecz-Marschalck-Amt und andere vorgeschriebene Sachen hinfür keinerlei Irrung, Veränderung oder Verneueung geschehen, von Röml. Königl. Macht Volkommenheit, und mit vnsern Wissen bestetigen, beweren und bevesten wir alle und igliche obgeschriebene Sachen als die in den obgeschriebenen Stücken, Clausuln, Puncten und Artickeln geschrieben stehen, und Wir erfüllen auch von derselben Röml. Königl. Macht Volkommenheit allen Gebrechen, die in den obgeschriebenen Sachen, Stücken, Puncten, Artickeln oder in eyner, von Gebrechen der Wörte, Unvernemlichkeit des rechten Sinnes, Hinderlassung, oder in welcherlei Wiße der Gebrechen Izunt und hernach daran erfunden würde. Herwv soll keynen Menschen ziemlich syn, diesen Brief vnser Vßspruchens, Gesetz, Gebots, Willens, Declarirung, Lehnunge, Bewerbung und Bestetigung zu verbrechen oder dawider frevelich zu thun in keyn Wiß, by eyner Pence tusend Mark Rynisch, die von dem der dawider tete, als oft das geschehe, unleslich geheischet, vnd halb vnser Königl. Kammer und das andere halbe Theyl, den die solch Vrecht geliden haben, sollen zugelegt werden. Mit Vrkunde als Briefs, versigelt mit vnser Königl. Mjt. Insigel, geben zu Ache, nach Christi Geburt vierzehnhundert Iare und darnach in den vierzehenden Iare, desselben Tags, als wir zum Röm. König gecrönet waren, der do war der achte Tag des Monats Novembers, vnser Riche des Vngerischen, In dem acht und zwanzigsten und des Römischen Erwelung in den fünften, vnd der Crönung in dem ersten Iare. Rudolpho III. anno 1419 mortuo, frater eius Albertus III. ex tabulis Angustorum et functione Carolina ad successiorem peruenit, neque vllam ipsi controuerfiam reperio motam. Iam in hoc vno Principatus et Electoratus Saxoniae repositus erat, vt ne igitur, quantum in se esset, gentem suam interire sineret, Sigismundo suafore, matrimonio sibi iunxit Conradi, Ducis Olfensis in Silesia filiam, atque cum ipse Augustus solemnitati nuptiarum interesset, laetiora et solemniora fecit haec gaudia ducatum, principatum, Electoratum Saxoniae cum iuribus annexis, muneribusque, ipso nuptiarum die Alberto III. conferendo. Nec tamen diuturna fuit haec possessio, satis Ascaniadarum in ducatu et Electoratu Saxoniae prosperantibus, infelici enim morte anno 1422 occubuit Princeps optimus sine herede, simulque cum eo stirps Electorum Saxonieorum Ascania exspiravit.



V I R O  
GENEROSISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
MAURICIO DE PRASSE

S. D. P.

CHRISTIANVS GOTTLOB BIENERVS.

*Disputationis publicae edendae solemnique more ac ritu vindicandae consilio necum communicato, non potui non hoc TVVM studium, dignum vnde exemplum petatur, collaudare, simul tamen monere, TE nobili genere natum lege patria, qua necessitatem publice disputandi adolescentibus in re publica tractanda negotiisque civium versaturis impositam habemus, non teneri; sed generosa voce mihi respondebas; in tali re non genus spectari, sed virtutem, vox TE, mi Prassi! plane digna. Desideriis igitur TVIS statim annuendum existimaui, id quod eo lubentius feci, quo propius TE intueri diligentiamque TVAM cognoscere mihi licuit. Ab aduentu enim TVO ad hanc scientiarum sedem, TE mihi formandum tradidisti, consiliis in tractando iuris studio paruisi meis, atque haec ipsa ad scientiam legitimam progressio, vitaeque ad omnem honestatem et probitatem composita, maximam mihi peperit voluptatem. Itaque peracto fere studiorum academicorum cursu, paren-*  
*tibus*



99  
sibus TVIS, amisis patronisque rationem operae diligentiaeque reddi-  
turus, me in societatem literariae contentionis assumto, in publicum  
prodire paras, materia ex iure Saxoniae, patriae dulcissimae, publico  
ad disceptandum proposita, quae quidem opera diligentiaeque TVA mihi  
vehementer placuit, neque dubito quin ipso conflictu omnibus sis probatu-  
rus, TE ingenio studiis literisque subacto adrem publicam capeffendam  
accedere. Hoc igitur doctrinae specimen TIBI, Vir Generosissime!  
impense gratulor, persuasusque id ipsum TVIS Parentibus, quibus  
talem filium gratulor, gaudio TIBI que honori et emolumento fore, ve-  
lim animum inducas TVVM, me semper quidem TE dilexisse, magnum  
tamen huic erga TE amori hac disputationis societate accessisse cumu-  
lum. Vale, Vir Generosissime! neque TIBI amicissimum amicitia  
TVA complectere!

Dabam in Studio Lipsiensi A. D. XII. Kal. Decembr.  
MDCCLXXXI.



ULB Halle  
003 015 432



3

*sb.*











B.I.G.

Farbkarte #13

*Historia of Saxony*

IVRIS PVBLICI SAXONICI  
 SPECIMEN 1791, 17. 20 21  
 HISTORIAM ET IVRA  
 SVFFRAGII ELECTORALIS SAXONICI ET  
 ARCHIMARESCHALLATVS S. R. I. AB  
 ANNO CIOCCCLV. VSQVE AD INTERITVM  
 ASCANIADARVM IN FAMILIA  
 ELECTORALI WITTEBERGICA  
 COMPLECTENS.

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
 PRAESIDE  
 D. CHRISTIANO GOTTLOB  
 BIENERO

TIT. DE VERB. SIGN. ET R. I. A. PROF. PVBL. ORD. FACVLTATIS IVRIDICAE  
 ET SVPREMAE CVRIAE PROVINCIALIS ADSESSORE

A. D. XXIV. NOVEMBRIS CIOCCCLXXXXI  
 H. L. Q. C.

AD DISCEPTANDVM PROPNIT  
 MAVRICIVS DE PRASSE  
 DRESDENSIS.

LIPSIÆ  
 EX OFFICINA SOMMERIA.

